Æternitas includit rationem durationis, et mensuram respectu Dei. ii, 58, n. 1.  
 Æternitas est interminabilis vitæ tota simul et perfecta possessio. ii, 58, n. 1.  
 In Scriptura aliquando aliquid dicitur æternum ratione longitudinis et durationis, aliquando ratione uniformitatis, et immutabilitatis. ii, 58, n. 2.  
 Æternitas realiter et positive importat durationem et non solum uniformitatem a duratione abstractam. ii, 58, n. 2; 60, n. 9.  
 In Scriptura æternitas explicatur ad modum annorum et dierum, quod sine conceptu durationis stare non potest. ii, 60, n. 9.  
 Æternitas id præstat Deo quod tempus rebus temporalibus. ii, 60, n. 10.  
 Æternitas contraponitur tempori, nomine namque æternitatis designatur id quod in nobis designatur per tempus. ii, n. 10.  
 Æternitas non constituitur formaliter per negationem mensuræ, licet includat negationem limitatæ mensuræ. ii, 61, n. 13.  
 Duplex est mensura intrinseca et extrinseca, et quænam sint. ii, 62, n. 14, vide mensura.  
 Ad hoc ut æternitas se habeat per modum mensuræ, sufficit quod explicet in suo conceptu uniformitatem, et regularitatem durationis divinæ. ii, 62, n. 15.

Æternitas habet conditiones mensuræ quantum ad id quod est perfectionis in mensura, et seclusis omnibus imperfectionibus. ii, 62, n. 16.

Æternitas importat uniformitatem durationis simplicissimæ, qualis est divina, et ita correspondet tempori in rebus temporalibus et mutabilibus. ii, 63, n. 17.

Æternitas realiter et positive includit perfectionem mensuræ secundum uniformitatem durationis. ii, 63, n. 18.

Differentia per se et propria inter æternitatem, et tempus est, quod tempus mensurat secundum modum numerationis, id est, secundum prius et posterius, prout numerata, quæ numeratio fit ab intellectu: æternitas vero mensurat non per numerationem quæ fit ab intellectu, sed per unitatem seu per permanentiam actus, ut habet rationem unius seu rationem uniformis. ii, 64, n. 19.

Unitas seu conformitas complet rationem æternitatis, ut habet rationem mensuræ, non ut habet rationem negationum. ii, 64, n. 19.

Cum æternitas sit mensura perfectissima summe conjungitur suo proprio mensurato, ita quod habet identitatem cum illo. ii, 64, n. 19.

In Deo est permanentia durationis carens fine et principio, quare est duratio infinita in permanendo. ii, 66, n. 23.

Quando D. Thomas dicit rationem æternitatis consistere in apprehensione uniformitatis ejus, non intelligit de uniformitate reali, quæ potest apprehendi a nobis tamquam objectum, sed in conceptu illius uniformitatis. ii, 68, n. 28.

Æternitas ut mensurans uniformiter est attributum divinum. ii, 68, n. 29.

Æternitas quantum ad perfectionem et constitutionem mensuræ, non completur per aliquid rationis, sicut plurificatio idearum. ii, 68, n. 29.

Æternitas non solum est mensura per modum exemplaris, et secundum perfectionem, sed per modum quantitatis. ii, 70, n. 34.

Æternitas non est mensura homogenea sed superexcedens quæ per modum unitatis et indivisibilitatis mensurat, non quidem explicando et multiplicando per successionem mensurationis, sed immutabili et indivisibili modo coexistendo omnibus rebus. ii, 70, n. 34.

Æternitas est mensura tam respectu creaturarum quam Dei et quomodo. ii, 71, n. 36.

Æternitas vere et proprie est mensura durationum creaturarum inadæquata tamen, et excedens. ii, 71, n. 37.

Id quibus ille excessus attenditur. ii, 71, n. 37.  
 Prima mensura æternorum est ipsa Dei æternitas. ii, 73, n. 5.

Deus intuitive videt omnia quæ in tempore aguntur vel in aliis durationibus creatis, quia sunt præsentia in æternitate, sed ad hoc requiritur præsentia physica, et realiter mensurata per æternitatem. ii, 73, n. 5.

Æternitas coexistit realiter tamquam duratio superior et uniformior, et a qua cæteræ durationes dependent, saltem quando ipsæ res inferiores existunt in propriis durationibus et mensuris. ii, 74, n. 6.

In æternitate Deus videt intuitive res omnes creatas, quas scientia visionis cognoscit tamquam præsentem, et coexistentes in æternitate. ii, 74, n. 6.

Æternitas est mensura creaturarum, non pro ut sunt intra Deum, seu Deus ipse, neque pro ut sunt in potentia objectiva seu cognitione Dei, sed prout sunt res creatæ extra Deum, et attinguntur per actionem divinam. ii, 75, n. 9.

Æternitas abstrahit ab omni motu et tempore, non tamen a contingentia eminentiali et superiori ipsius temporis, et sic se habet ut mensura inadæquata, et non homogenea. ii, 75, n. 12.

Æternitas non mensurat tempus successive, sed simul ex parte sui. ii, 77, n. 14.

Æternitas non est divisibilis quia coexistit rei divisibili, quia non coexistit ei per modum adæquationis, sed per modum virtutis et continentie eminentialis. ii, 77, n. 14.

Inter æternitatem et immensitatem est disparatio, et quæ. ii, 78, n. 16.

Æternitas non constituit res creatas in sua duratione, sed potius durationes creatas continet mensurando non formaliter constituendo. ii, 78, n. 17.

Res in propria mensura non coexistunt æternitati, nisi ut subjectæ illi, et mensuratæ ab illa. ii, 79, n. 19.

Res creatæ sunt realiter præsentem ipsi æternitati ita indivisibiliter quod toti æternitati coexistent. ii, 72, n. 2.

Licet res creatæ inter se secundum proprias mensuras simul non sint, tamen ratione mensuræ superioris quæ est æternitas sunt simul cum illa. ii, 72, n. 2.

Tempus coexistit ipsi æternitati non in seipso, sed in ipsa æternitate, ratione cuius realiter ei coexistit non solum in cognitione, sed etiam in duratione. ii, 72, n. 2.

Res præter præsentiam objectivam quam habent in præscientia æterna habent, præscientiam durationis et existentie realis in æternitate. ii, 83, n. 5.

Præsentia cognitionis et præsentia æternitatis distinguuntur. ii, 85, n. 9.

THEOLOGIA X.

Res ut cognitæ objective, denominantur cognitæ ab æterno, ita adæquate sicut et ipsa cognitio a qua denominantur, æterna est adæquate. ii, 86, n. 12.

Æternitas ut est attributum distinctum ab intellectu non continet res cognoscendo, sed secundum indivisibilitatem et summam uniformitatem durandi quod ad præsentiam realem durationis pertinet. ii, 87, n. 14.

Æternitas non solum est immutabilis in se, sed etiam ea quæ apud nos successive transeunt, stant in æternitate, et non transeunt. ii, 87, n. 14.

Æternitas respectu extrinsecæ durationis caret successione. ii, 87, n. 14.

Æternitas non solum est indivisibilis entitative, et in se, quia caret partibus sicut substantia Dei, sed etiam est indivisibilis, et immutabilis in mensurando et in modo continendi et mensurandi sua mensurata sive intrinseca sive extrinseca. ii, 89, n. 17.

Æternitas non mensurat res per immutationem illarum. ii, 89, n. 17.

Æternitas non potest esse mensura rerum creaturarum coexistendo illis per multas numerationes succedentes, sed unica mensuratione exhaurit totam quantitatem mensurati. ii, 90, n. 18.

Æternitas non solum est fixa et immutabilis in se, sed etiam in mensurando. ii, 90, n. 18.

Æternitas mensurat per modum possessionis perfectæ et integræ, non per modum numerationis et replicationis sui ad mensuratum, vel mensurati ad se. ii, 90, n. 18.

Æternitas non expectat coexistentiam et durationem mutabilem rei creatæ ut sibi coexistat. ii, 90, n. 18.

Æternitas mensurat tamquam possessio simultanea omnis rei a se mensuratæ. ii, 90, n. 19.

Repugnat modo mensurandi æternitatis quod expectet transitum et successionem rei temporalis et transeuntis. ii, 90, n. 19.

Est differentia inter æternitatem et mensuras creatas et quæ. ii, 90, n. 19.

Quando res temporales existunt in propria mensura coexistunt æternitati, non coexistentia fundata in ipsa propria mensura, sed fundata in immutabilitate æternitatis quæ reducit ad sui uniformitatem res temporales per illam mensurationem superiorem, quæ est possessio et numeratio. ii, 91, n. 21.

Res existunt in æternitate secundum suum proprium esse, non tamen in propria mensura sed in aliena et altiori. ii, 93, n. 27.



Existencia rei non est distincta in tempore, et in æternitate sed eadem, tamen sub diversa mensura. II, 93, n. 27.

Non minus productio rei mensuratur æternitate quam res producta, licet non producat ibi sub propria mensura, sed sub aliena, ita est in nunc æternitatis non in nunc temporis. II, 93, n. 27.

Æternitas non mensurat res creatas immediate et supponendo illas jam in se passive productas et immutatas, sed præcise prout continentur in actione divina a qua attinguntur ut terminus ejus. II, 93, n. 26.

Res in actione divina habent esse creatum terminative, tamquam respectæ ab actione, non ut immutatae in se, et habendo esse in propria mensura ut passive factæ, licet actio in se sit divina et æterna formaliter. II, 93, n. 27.

Res non sunt in æternitate quasi prius producantur in suo proprio esse et sic passive eleventur ad æternitatem, sed per hoc, quod ab æterna Dei actione respiciuntur, et connotantur ut terminus temporaliter quidem immutandus, sed ab æterno connotatus, et respectus. II, 95, n. 29.

Æternitas mensurat modo immutabili, non solum quia in sua entitate intrinseca immutari non potest, sed etiam quia in ipso modo mensurandi non potest admittere variationem ut extrinsecam, quia mensurat non numerando sed possidendo res mensuratas. II, 95, n. 29.

Non est inconveniens quod in æternitate contineatur corruptio et generatio, inceptio et desitio, esse et non esse, secundum diversos respectus, et quare. II, 97, n. 33.

Æternitas continet tempus, et rem mensuratam et derivatam a se, non ut exercentem ibi modum suæ mensurationis, sed ut petentem exercere illam in sua mensura propria, non in mensura superiori æternitatis. II, 97, n. 33.

Proportio æternitatis ad totam temporis durationem est sicut proportio indivisibilis ad continuum. II, 73, n. 5.

Licet res contineatur in æternitate ab æterno et immutabiliter tamquam res contenta, tamen simpliciter fit ex nihilo, quando fit in tempore. II, 97, n. 35.

Æternitas non continet actum liberum ut factum simpliciter, et jam in propria mensura positum, nec ut faciendum necessario, sed ut faciendum cum indifferentia et eo modo quo in tempore. II, 98, n. 36.

Æternitas præcedit tempus in duratione propria, et mensura, non autem præcedit tempus secundum modum mensurandi quem habet in æternitate, et in actione Dei. II, 98, n. 37.

Peccata et omnes defectus, atque privationes cum nihil sint, dicuntur esse in æternitate non positive sed defective, II, 99, n. 38.

Aliud est propositio veritatis æternæ, et aliud est existentia veritatis æternæ: atque, etiam aliud est habere existentiam in æternitate, et aliud habere connexionem æternam in veritate. II, 100, n. 41.

Connexio æternæ veritatis abstrahit ab omni existentia et duratione, non solum in tempore, sed etiam in æternitate. II, 99, n. 40.

Æternitas non mensurat aliud ratione veritatis et connexionis essentialis extremorum, sed ratione existentie et durationis, quæ in tempore convenit rei per sui immutationem et ab æterno tangitur, et connotatur ab actione Dei æterna ut terminus ejus. II, 100, n. 41.

Veritas æterna ratione connexionis extremorum non fundatur in aliqua existentia in æternitate, nec dicitur æterna quia mensuratur positive a duratione æternitatis et abstrahit ab omni existentia, et dicitur æterna negative quia non fundatur in tempore et motu. II, 100, n. 41.

Æternitati simul coexistunt ea quæ in se, et in propria mensura simul non sunt, quia coexistunt tamquam mensuræ indivisibili formaliter, æquivalenter autem, et eminenter divisibili. II, 100, n. 41.

In æternitate ipsa duratio est indivisibilis formaliter, et se habet ad diversas mensuras inferiores quas continet eminenter. II, 100, n. 41.

Æternitas non solum entitative est aliquid indivisibile, sed etiam mensurative, quia mensurat omnia possidendo, et tangit illa non ut sunt in propria mensura mensurata, sed ut in actione æterna connotata, et contenta. II, 100, n. 42.

Ad hoc ut propositiones contradictoriæ fiant respectu æternitatis, copula debet teneri semper eodem modo, et in ordine ad eandem mensuram eodem modo considerata. II, 101, n. 43.

Instans æternitatis licet formaliter sit indivisibile, virtualiter est multiplex, quia æquivalet multis durationibus quas continet. II, 101, n. 43.

Æternitas participata subjective est in intellectu beati perfectissimi, scilicet in anima Christi. II, 106, n. 42.

In æternitate omnia sunt simul ex parte ipsius mensuræ et modi mensurandi: ex parte tamen rei mensuratæ est prioritas et posterioritas, futurum et præteritum, et tota ipsa successio temporis sub modo non successivo contenta. II, 553, n. 11.

Æternitas participata, non vero essentialis est mensura visionis beatificæ, et quare. II, 107, n. 14; 110, n. 21.

Æternitas participata subjective est in intellectu perfectissimi beati, scilicet in anima Christi. II, 106, n. 42.

## ÆVUM.

Ævum est duratio mensurans esse angelicum. II, 103, n. 9.

Ævum admittit aliquas variationes in Angelis, sive quoad mutationes locales, sive quoad diversos actus. II, 103, n. 9.

Ævum est mensura rerum incorruptibilium. II, 111, n. 3.

Ævum intrinsece et formaliter nullam habet successionem prioris et posterioris, bene tamen virtualiter, et æquivalenter, imo et extrinsece potest habere successionem secundum assistentiam ad res successivas. II, 111, n. 3.

Permanentia seu ævum in duratione est simplex, et unica in Angelo. II, 111, n. 4.

Permanentia seu ævum in Angelo non continuatur per mutationem, quia non datur una pars transiens, et alia adveniens, si quidem est incorruptibilis, et caret partibus. II, 111, n. 4.

Materia mensurabilis in durationibus angelicis est ipsa permanentia, seu ævum. II, 111, n. 3.

Ævum in se intrinsece non componitur ex parte præterita, et futura, quod est habere intrinsece successionem, potest tamen extrinsece coexistere futuro et præterito. II, 111, n. 4.

Ævum est mensura durationis incorruptibilis in substantia, licet variabilis in operatione, et sic est mensura durationis angelicæ. II, 115, n. 16.

Ævum est duratio non quomodocumque sumpta, sed prout habet majorem uniformitatem, et simplicitatem. II, 117, n. 17.

Ævum in supremo Angelo est pure mensurans et non mensuratum ab alio superiori, in infimo Angelo est mensuratum et non mensurans, in intermediis autem est ævum mensurans et mensuratum, mensurans respectu inferioris, mensuratum autem respectu superioris. II, 118, n. 23.

Ævum est unitas vitæ immutabilis mutabilitati conjuncta. II, 122, n. 31.

Ævum pro ut est naturalis mensura durationis est subjective in supremo bonorum Angelorum, qui simpliciter retinuit majorem uniformitatem in suis operationibus

vitalibus, nec decidit ab ea quam habebat. II, 123, n. 32.

Ævum potest mutare subjectum materialiter loquendo, non vero formaliter. II, 123, n. 32.

Posito quod Angeli semper fuerint, adhuc ævum differret ab æternitate. II, 64, n. 19.

Ævum est mensura durationis supremi Angeli in quo est, et aliorum extrinsece. II, 65, n. 22.

Licet Angelus mensuretur ævo indivisibili in sua substantia, est tamen capax mutationis, et temporis discreti in mensurando suas actiones. II, 100, n. 42.

Ævi mensura non continet in mensurando mensuras inferiores temporis, quia non est causa earum sicut æternitas omnium durationum, et mensurarum inferiorum, nec possidendo illas, simul et indivisibili modo continet, ut actus purus, sed expectando ut sint, et transeundo de potentia ad actum. II, 100, n. 42, vide mensura.

Ævum, vide tempus.

Ævum quod est duratio mensurans esse Angeli, non est mensura visionis beatificæ. II, 104, n. 8.

Licet Angelus in suo esse, et specie, qua intelligit, mensuretur ævo quoad suum esse entitativum, tamen exercitium ipsum representandi, quantum ad singularia, quæ successive fiunt, tempore mensurantur, non ævo. IV, 822, n. 25.

## AFFABILITAS.

Affabilitas seu amicitia est pars potentialis justitiæ, et una ex septem speciebus justitiæ non rigorosæ. VI, 487, n. 1, vide justitia.

## AFFECTUS.

Affectus simplex est ante actum intentionis. III, 327, n. 19.

Affectus, vide amor et voluntas.

## AFFICIO.

Afficere et efficere quomodo amori conveniant. III, 320, n. 6.

## AFRICA.

Africa abundat elephantis. VII, 921, n. 20.



## AGATHO.

Agatho papa ad imperatores scribit non unam tantum esse operationem in Christo. v, 180, n. 28.

## AGENS.

Agens intellectuale per quid operatur et in quo ab agente naturali differat. iii, 4, n. 2.

Agens, vide efficiens.

Agens nullum creatum potest illabi intra voluntatem immutando illam efficienter. v, 503, n. 36, vide voluntas et Deus.

Agens creatum non habet inclinationem ad operandum, nisi supposito motu causæ superioris, et primæ. v, 422, n. 45.

In omni libero agente debet præcedere voluntas ultimi finis, sive veri, sive apparentis. v, 122, n. 29.

Agens creatum non patitur violentiam in cessatione sui actus per cessationem causæ primæ, vel sui moventis proprii, vel objecti. v, 418, n. 36, vide voluntas.

## AGGENERATIO.

Aggeneratio est novæ partis additio. vi, 297, n. 14.

## AGGRESSOR.

Aggressor quantumcumque culpabilis sit causa oblata ab aggresso, adhuc gravissimam injuriam facit illi eum occidens. vii, 688, n. 16.

Non est licitum prævenire aggressorem ipsum occidendo. vii, 504, n. 5.

Licebit tamen alicui occidere alterum si habeat probabilem opinionem, quod invadetur ab illo. vii, 505, n. 6.

## AGILITAS.

Agilitas est virtus efficacissima superaddita virtuti motivæ corporis gloriosi, ut quo voluerit anima moveat ipsum. v, 349, n. 50.

Qui quidem motus ab agilitate proveniens nequit esse in instanti. v, 349, n. 50.

## AGO.

Ad agendum propter finem non requiritur actualis cogitatio finis. Agere contra conscientiam. v, 118, n. 23, vide conscientia.

## AGONIA.

Agonia est species timoris, quando scilicet timor est de malo improvise, et subito; et sic impedit considerationem. vi, 226, n. 2, vide stupor et timor.

Agonia fuit in Christo ex perfectissima sapientia, et consideratione orta. vi, 227, n. 3.

## ALARCON.

Alarcon, vide superiores Angeli.

## ALEXANDRIA.

Alexandria civitas ut multitudine populi ac nobilitate clarissima, ita inanum deorum superstitione ac vanitate cultus dæmoniorum celeberrima. vii, 961, n. 4.

## ALEXANDRINUS.

Alexandrinæ civitatis impietas a magno Antonio deploratur. vii, 961, n. 4.

Alexandrinus episcopus in omnes Ecclesias Ægypti patriarchalem potestatem habet. vii, 493, n. 31.

## ALIENATIO.

Alienatio immobilium ecclesiasticorum nequit fieri, nisi casu evidentis necessitatis, vel utilitatis. vi, 136, n. 22.

## ALIUS.

Aliud dicit alietatem essentialis, alius autem connotat alietatem personæ. Unde ista propositio vera est: Pater est alius a Filio, et Filius est alius a Patre, et Spi-

ritus sanctus est alius a Patre et Filio. Ista autem est facta: Pater est alius a Filio, et sic de cæteris Personis. iv, 291, n. 9.

Aliud dicit differentiam substantialem, alterum autem accidentalem. viii, 341, n. 21.

## ALLIGO.

Alligari dicuntur dæmones igni infernali et quoad detentionem localem, et quoad impedimentum suarum potentiarum, suarumque operationum. iv, 1017, n. 13; 1019, n. 16.

## ALOGI.

Alogi hæretici errabant circa Verbum incarnatum, seu quod idem est circa Christum Dominum eum esse Deum negantes. iv, 4, n. 4.

## ALTER.

Alterum dicit differentiam accidentalem, aliud autem substantialem. viii, 540, n. 43.

## ALTERATIO.

Alteratio, vide motus localis.

Alteratio producit qualitatem sub aliquo tamen modo, vel remisso vel intenso. vi, 339, n. 32.

## AMENS.

Amens, vide actiones necessariae.

Amentes non licet conjugere extra matrimonium, non propter malitiam peccati, sed propter damnum prolis. v, 620, n. 12.

## AMICITIA.

Amicitia quid. iii, 509, n. 11.

Amicitia ex se non est rei adeptio, ut v. g. charitas viæ. v, 216, n. 47, vide assecutio, beatitudo, intellectus, visio et voluntas.

Amicitia ad alterum ex amicabilibus ad se oritur. v, 141, n. 45; 464, n. 12.

Amicitia non diversificatur specie penes objectum præsens, vel absens. v, 217, n. 51.

Amicitia ex defectu communicationis dissolvitur. vi, 366, n. 19.

Amicitia perfecta debet esse amor fundatus in aliqua communicatione. vi, 870, n. 43.

Amicitia non diminuitur per offensas leves. vii, 472, n. 16.

Amicitia non variatur per hoc quod amicus sit præsens, vel absens. vii, 230, n. 5.

Amicitia sumitur, et pro respectu, et pro fundamento, scilicet pro actu habente conditiones amicitiae. vii, 407, n. 1.

Amicitia habet rationem benevolentiae. vii, 407, n. 1.

Amicitia est amor mutuus fundatus in aliqua communione. vii, 407, n. 2.

Amicitiae distinguuntur penes distinctionem communicationum super quas fundantur. vii, 407, n. 2; 417, n. 16.

Amicitia inter Deum, et homines est amicitia excellentiae. vii, 417, n. 16.

Amicitia est amor quo volumus bonum amico propter seipsum, non tamen ly propter seipsum dicit semper rationem finis cujus gratia, sed sufficit rationem finis cui. vii, 408, n. 6.

Amicitia excellentiae non excludit omnem servitutem. vii, 440, n. 11.

Amicitia potest habere aliquam concupiscentiam adjunctam. vii, 440, n. 11.

Amicitia excellentiae non petit æqualitatem in personis, sed sufficit mutuus amor. vii, 412, n. 16.

Amicitia non specificatur a bono voluto, sed a persona amata. vii, 409, n. 7, 8.

Nulla datur perfecta amicitia in qua non interveniat aliqua concupiscentia. viii, 220, n. 23.

## AMICUS.

Amicus, vide amicitia, amor et unio.

Amicus quomodo fiat alter a se? vi, 214, n. 37; 228, n. 10; 230, n. 16.

## AMO.

Amare libere et amare necessario quid. iii, 283, n. 17.

Quid simplici complacentia. iii, 284, n. 18.

## AMOR.

Amoris efficaciis, et inefficaciis distinctio unde petenda. iii, 320, n. 6.



- Amor causalitatis duplex genus in nobis exercet. iii, 320, n. 6.
- Amor efficax non multum occupatur circa delectationem, sed circa ordinationem eorum per quæ assequendus est. iii, 321, n. 7.
- Amor in Deo esse probatur. iii, 501.
- Ad quæ objecta se extendit circa creaturas. iii, 501.
- Amor in Deo non est metaphoricus. iii, 503, n. 1.
- An ut condistinctus a gaudio. iii, 504, n. 4.
- Amor concupiscentiæ, et amicitia explicatur. iii, 508, n. 10.
- Uterque in Deo negatur. iii, 509, n. 11, 12.
- Amor Personarum divinarum quis. iii, 510, n. 14.
- Amor, vide absens. Amor enim potest esse inter absentes, licet magis præsentiam expetat. Pro quo vide præsentia realis.
- Amor sui est principium cujuscumque peccati etiam odii Dei. iv, 938, n. 76; 940, n. 17.
- Spiritus sanctus non procedit ex amore libero creaturarum. iv, 329, n. 33.
- Amor in Deo proprie datur, et etiam gaudium. v, 217, n. 49.
- Amor regulatus per fidem remissior est, quam regulatus per visionem. v, 217, n. 51.
- Amor quomodo sit magis unitivus, quam cognitio. v, 229, n. 11; 230, n. 16.
- Amor duplicem habet unionem, aliam effectivam, aliam effectivam, et quomodo. v, 230, n. 16.
- Amor non facit unitatem inter amicos formaliter, sed præsupponit. v, 228, n. 10; 230, n. 16.
- Amor creatus objecta supponit, non facit. v, 319, n. 41.
- Amor et odium de eodem objecto simul repugnant. v, 416, n. 27.
- Amor et spiratio quomodo differunt. v, 492, n. 10.
- Amor primus finis quomodo sit propter finem. v, 16, n. 31.
- Amor peccantis mortaliter circa creaturam versatur. v, 134, n. 1.
- Amor sui est finis ultimus peccantis mortaliter. v, 93, n. 16.
- Amor Dei quomodo pertinet ad beatitudinem. v, 236, n. 27.
- Amor amicitia non est beatitudo formaliter. v, 214, n. 42, vide assecutio, beatitudo et voluntas.
- Amor amicitia quomodo respiciat seipsum, et tamen differat ab amore concupiscentia. v, 464, n. 12.
- Amor in beatis secundario tantum causat impeccabilitatem. v, 254, n. 26.
- Amor beati necessarius est quod specialia-
- tionem, et exercitium erga Deum, et visionem suam. v, 305, n. 6.
- Amor beati quo sensu sit per modum nature in patria. v, 309, n. 14.
- Amor beatificus voluntarius est, licet necessarius sit. v, 309, n. 11.
- Amor beatificus est liber eminenter, licet non formaliter. v, 370, n. 13.
- Amor beatificus est humanus, et moralis actus eminentiori modo. v, 378, n. 37; 380, n. 42.
- Amoris beati necessitas quoad exercitium effective procedit a charitate. v, 516, n. 41.
- Amor Dei erga se, et erga creaturas, vide Dei amor.
- Amor est passio concupiscibilis appetitus, differtque a dilectione, quia hæc est cum electione, et iudicio libero, differtque a charitate, quia hæc addit estimationem, et pretium rei amata. vi, 204, n. 1.
- Amor amicitia, et concupiscentia aliquando distinguitur penes respectus solum, aliquando penes duos amores. vi, 205, n. 2.
- Amor ex duobus principiis oritur, scilicet ex objecto et ejus conditione. vi, 206, n. 3.
- Amor amicitia ex similitudine gignitur. vi, 206, n. 4.
- Amor quos habeat effectus interiores, et exteriores. vi, 206, n. 4.
- Amor est principium cæterarum passionum animi. vi, 206, n. 4.
- Amor Dei auctoris supernaturalis in quantum est bonum concupiscibile nobis, est actus supernaturalis. vii, 332, n. 19.
- Amor concupiscentia erga Deum est duplex; alter perfectus, alter imperfectus. vii, 332, n. 19.
- Amor iste, si est perfectus elicitur a charitate, si imperfectus elicitur in via ab habitu piæ affectionis: in patria (si talis actus datur) a fruitione divina. vii, 332, n. 195; 333, n. 25; 441, n. 12.
- Amor concupiscentia non solum versatur erga se, sed etiam erga alterum. vii, 8, n. 8; 344, n. 16.
- Amor benevolentia requiritur ad sperandum alteri aliquod bonum. vii, 341, n. 7.
- Amor Dei super omnia dabilis est, qui quidem amor non est amicitia perfecta, intra genus tamen amicitia vera. vii, 414, n. 9.
- Amor Dei auctoris naturalis super omnia, non destruit statum peccati, sed solum actualem voluntatem peccandi. vii, 418, n. 18.
- Amor Dei auctoris naturalis in peccatore, si detur, non est amor amicitia, sed benevolentia tantum. vii, 418, n. 18.

- Amor Dei benevolentia distinctus ab amore supernaturali datur. vii, 412, n. 1; 414, n. 9.
- Amor amicitia, vide amicitia.
- Amor Dei auctoris supernaturalis ex motivo naturali non est actus bonus, et honestus. vii, 356, n. 4.
- Amor Christi, vide Christus.

## ANALOGUM.

- Analogia attributionis duplici via habent denominationem, et a forma sibi inhaerente, et a forma quæ est in principali analogato. v, 372, n. 19.

## ANGELICUS.

- Dies angelicus componitur ex vespere et mane. ii, 781, n. 5.

## ANGELUS.

- Angelus caret omni ordine ad materiam, et ex hac parte habet quamdam infinitatem, sed non simpliciter in genere entis, quia formam quæ est existentia habet limitatam, quia receptam in se, et sic habet potentialitatem, et ordinem ad esse limitatum. i, 698, n. 12.
- Illuminatio Angeli superioris communicatur inferiori, ad hoc ut altiori modo intelligat, quam ex propria virtute posset. ii, 293, n. 24.
- Virtus in Angelo inferiori ad intelligendum juxta illuminationem superioris non potest recipi in superiori, sed in inferiori. ii, 293, n. 24.
- Duratio Angeli coexistit tempori nostro, vel etiam tempori angelico discreto, non tamquam mensura superior a qua dependeat, et derivetur tempus, sed ut concomitans ipsum tempus, et ei coexistens. ii, 92, n. 22, vide ævum.
- Angeli creati fuere cum tota sua perfectione. ii, 685, n. 3.
- Angeli non efficiunt formas corporales, sicut nec ipsa composita, sed a propriis agentibus fiunt. ii, 688, n. 5.
- Angeli possunt movere et applicare semina seu virtutes corporales ut fiant effectus juxta propria genera. ii, 688, n. 5.
- In rebus quæ fuerunt facta non per creationem sed per educationem ex materia, ut

aves, pisces et omnia animantia, Angeli non potuerunt producere eorum formas. ii, 688, n. 5.

Licet Angelus non habeat virtutem formalem et ejusdem generis cum agente corporali ad producendas formas corporum, tamen non potest producere ipsum compositum; v. g. ignem, vel plantam eminentiori et superiori modo, non sicut alter ignis, vel alia planta. ii, 688, n. 6.

In Angelis non est potestas ad immutandum ordinem universi, quare non possunt facere vacuum, nec potuerunt diluvium universale, neque Deus Angelis subiecit orbem terræ. ii, 729, n. 4.

Angeli non operantur alterationes nisi applicando activa passivis. ii, 736, n. 18.

Angolorum ministerio Deum fuisse usum ad formationem corporis hominis crediderunt Manichæi et alii. ii, 761, n. 6.

Idem existimarunt hæc verba Dei: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* ad Angelos dicta fuisse. ii, 761, n. 6.

A Deo solo formatum fuit corpus hominis et non ab Angelis. ii, 761, n. 7.

Angolorum ministerio utetur Deus in resurrectione. ii, 761, n. 7.

Angeli colligent cineres ex quibus corpora formabantur in resurrectione. ii, 762, n. 9.

In Angelis duplex est cognitio, matutina quæ res videntur in Verbo, id est, in suo principio, et vespertina quæ videntur in propria specie et extra Verbum. ii, 781, n. 5.

Angeli non fuerunt beatificati in eodem instanti in quo fuerunt creati. ii, 786, n. 10.

Qualis sit mensura durationis angelicæ, vide ævum.

Angelus non acquirit suam perfectionem paulatim, sed ut res corruptibiles et generabiles. ii, 141, n. 4.

Angelus compositionis et divisionis est expers. ii, 428, n. 32.

Angeli sunt incorporei neque corpori unibiles sicut anima nostra. iv, 559.

Quo sensu sunt Angeli immateriales. iv, 559.

Et quo sensu simplices substantiæ. iv, 570, n. 17.

Angeli sunt in magno numero. iv, 559.

Differunt autem inter se specie et non numero, numerositate suppositi dumtaxat, quamvis differant numero numerositate essentiali. iv, 559.

Angeli sunt incorruptibiles ab intrinseco, licet corruptibiles et annihilabiles respectu Dei omnipotentis tamquam ab extrinseco. iv, 559.

Motus continuus et discretus potest convenire Angelis. iv, 456, n. 8, vide pars.



- Quid de Angelis per certam consequentiam colligatur ex Scriptura. iv, 563, n. 3.
- Angeli subsunt Deo homini Christo Domino, et Beatæ Virgini, non ratione naturæ, sed ratione gloriæ et gratiæ. iv, 567, n. 10, vide creatio, gradus, lex, Maria, simplicitas, spiritualitas et velocitas.
- Angeli sunt unius et ejusdem naturæ genericæ, non specificæ. iv, 600, n. 28.
- Sunt etiam ejusdem naturæ cum hominibus secundum ordinem, quem habent ad beatitudinem, non autem ad secundum esse naturæ. iv, 604, n. 30, vide injustitia, instans, libertas, locus, multiplicatio et multitudo.
- Movetur Angelus intrinsece in sua substantia. iv, 611, n. 3.
- Contra sentit Durandus qui dicit Angelum esse præsentem omni corpori, non quidem per suam substantiam, vel operationem, sed per ordinem ad illa. iv, 613, n. 5.
- Prius et Angelus in loco quam in eo operatur, præsentia ordinis, quæ est præsentia in actu primo, non autem præsentia completa et applicata, quæ est in actu secundo. iv, 629, n. 1.
- An possit Angelus operari in puncto et in re indivisibili. iv, 642, n. 7; 643, n. 8, vide locus et vacuus.
- Angelus in pluribus locis adæquatis esse nequit naturaliter. iv, 643.
- Sed nec supernaturaliter. iv, 643.
- Solvuntur quatuor argumenta contraria huic sententiæ. iv, 645. Vide comprehendo, corpus, creatio, futurum, intellectualitas, præteritum et tempus.
- Angelus per suam substantiam non potest esse species expressa, sicut est impressa. iv, 723, n. 17.
- Accidentia Angeli alia sunt naturalia, alia supernaturalia. Pro primis cognoscendis non eget specie superaddita, sed bene pro secundis. iv, 729, n. 18.
- Habitus supernaturales cognoscit Angelus per causam suam, id est, per gratiam. iv, 734, n. 21.
- Alia autem quæ sunt extra Angeli cognoscit Angelus per species superadditas. iv, 735, n. 3.
- Illæ autem species superadditæ sunt a Deo infusæ, non autem ab ipso acquisitæ. Sunt vero a Deo infusæ connaturaliter, non supernaturaliter. iv, 739, n. 7; 742, n. 13; 755, n. 29, vide anima, cognitio, compositio, illuminatio, individuatio, locutio, simplicitas, species et velocitas.
- Angeli peccantes dæmoni se subjecerunt ob ambitionis convenientiam. v, 141, n. 15.
- Angelos beatos posse peccare asserunt Ori-
- genes, Faber, Stapulensis et Calvinus. v, 246, n. 4.
- Angeli boni quomodo venturi sint ad judicium. v, 246, n. 5.
- Non fuerunt Angeli, qui Genesis 6 dicuntur filii Dei. v, 247, n. 7.
- Angelo competit inflexibilitas, postquam illam semel libere elegit. v, 319, n. 42.
- Angelos successu temporum plures revelationes habere, non obstat beatitudini eorum ante habitæ. v, 282, n. 14.
- Angelis non fuit data gratia, nec gloria per Christum. v, 288, n. 30.
- Angeli cum lumine magno a se producto solent apparere. v, 355, n. 66.
- Angeli in cælum empyreum lucem influunt. v, 355, n. 66.
- Angeli habent discursum eminenter tantum virtualiter. v, 367, n. 5.
- Angeli in primo actu dilexerunt Deum, ut finem, et habuerunt meritum. v, 367, n. 8.
- In Angelis amor viæ, et patriæ fuit in diverso instanti. v, 376, n. 48.
- Angelus non pateretur violentiam, si loco propriæ voluntatis poneretur in ipso a Deo voluntas hominis ad eliciendum actus. v, 417, n. 31.
- Angelus unico actu attingit finem, et media, etiam ut quod attacta. v, 482, n. 3.
- Angelus quomodo erat liber libertate contradictionis in primo instanti. v, 518, n. 16.
- Angeli amant se, et Deum necessario (per se loquendo) quoad specificationem, libere quoad exercitium. v, 521, n. 24.
- Angeli iudicium in primo instanti, vide iudicium Angeli.
- Angelus illuminat intellectum alterius non effective, sed extrinsece proponendo objectum. v, 583, n. 56.
- Angelus loquens alteri Angelo quid faciat per intellectum, quid per voluntatem. v, 607, n. 37.
- Angelus est capax habitum supernaturalem. vi, 38, 27.
- Naturaliam autem quoad intellectum non est capax. vi, 243, n. 7.
- In Angelo non est necessarius habitus theologiæ, et quare. vi, 266, n. 35.
- Nec opinionis. vi, 258, n. 14.
- Bene tamen piæ affectionis in voluntate circa res naturales. vi, 267, n. 37.
- Non tamen habitus fidei naturalis. vi, 267, n. 38.
- In Angelo possunt dari virtutes morales circa præcepta non pure naturalia, sed positiva. vi, 268, n. 40.
- Istæ possunt esse acquisitæ, unico tamen actu et deliberationis. vi, 269, n. 42.
- Angelus non indiget habitu ad cognoscen-

das veritates, sed sufficiunt ei species repræsentativæ. vi, 414, n. 31; 441, n. 17; 459, n. 32.

Angelus habet virtutes morales, ut justitiam et prudentiam, fortitudinem vero et temperantiam, et alias hujusmodi moderativas passionum (quæ quidem sine passionibus nequeunt dari) non habet. vi, 507, n. 64.

Angelus indigebat auxilio speciali ad perseverandum, quia perseverantia ex prædestinatione est, et hæc est perseverantia specialis, vi, 789, n. 12. Vide Homo, Perseverantia.

Angelus inferior quantumvis a superiori illuminetur, nunquam accedit ad perfectionem modi cognoscendi, quam habet Angelus superior. vi, 795, n. 11.

Angelus habuit gratiam operantem in primo instanti, quo movebatur a Deo, et operabatur libere, sed non se movebat deliberate, nec poterat peccare. vi, 808, n. 16.

Angeli locutio consistit in intellectuali operatione. vii, 751, n. 26.

Angeli beati vident in Verbo a principio orationes nostras, ea autem quæ spectant ad gubernationem mundi, et custodiam hominum cognoscunt successive extra Verbum. vii, 789, n. 38.

In Angelis est pugna spiritualis. vii, 789, n. 38.

Angelus format judicia virtualiter complexa. vii, 352, n. 15.

Angelus in statu viatoris habuit fidem cum evidentiâ testificationis, licet non sensus rei testificatæ, vii, 41, n. 10.

Inferior non comprehendit superiorem. viii, 341, n. 21.

Nullus cognoscit futura contingentia. viii, 382, n. 13; 392, n. 11.

Nec cognoscit cogitationes cordis. viii, 392, n. 12.

Superior potest illuminare inferiorem de his, quæ cognoscit per scientiam beatam, non per ipsam, sed per infusam. viii, 315, n. 16.

Non accepit gloriam essentialem per Christum. viii, 115, n. 20.

Accepit tamen gratiam accidentalem a Christo efficienter physice. viii, 286, n. 67.

Angelus malus fuit damnatus priusquam Christus prædestinaretur. viii, 116, n. 23.

Quilibet Angelus cognoscit Christum ordinari ad consummationem gloriæ auctoritative, non tamen tamquam causam meritoriam gloriæ essentialis. viii, 118, n. 29.

## ANGUSTIA.

Angustia est quædam aggravatio animi, quæ nullum effugium relinquit, et est idem quod anxietas. vi, 217, n. 15, vide anxietas.

## ANIMA.

Anima intimius penetrat materiam quam Angelus quantitatem, quia informat illam in esse substantiali. ii, 21, n. 10.

Animas ante corpora extitisse et juxta merita vel demerita incorporatas, Origenis error. iii, 718, n. 2.

Error item Priscillianistarum et Manichæorum, eas in cælesti habitatione peccasse et in corpora dejectas. iii, 718, n. 2.

Anima tam in hoc statu, quam in statu separationis possidetur a nobis, sed diversimode. v, 222, n. 57.

Anima Christi, vide Christus.

Animæ essentia ut distincta a potentiis, est capax habitus, scilicet gratiæ. vi, 262, n. 23.

Anima separata non habet virtutes moderativas passionum, nisi radicaliter tantum. vi, 426, n. 35; 507, n. 60; 568, n. 4.

Pullulabunt autem post re assumptionem corporum in resurrectione, et cum magna perfectione elicient actus illarum virtutum, etiam pueri baptizati, qui nunquam tales actus habuerunt. vi, 426, n. 35; 507, n. 60; 568, n. 4.

Anima sancta separata habet duplicem cognitionem, naturalem et supernaturalem. vii, 786, n. 30.

Anima beata non cognoscit orationes nostras cognitione naturali, bene tamen ex revelatione divina. vii, 787, n. 33.

Animæ purgatorii ex vi status non cognoscunt orationes nostras. vii, 790, n. 41.

Pro animabus purgatorii potest orari licite. vii, 798, n. 9.

Animæ purgatorii non orant pro necessitatibus nostris in particulari. vii, 805, n. 6.

Erit caput omnium malorum propter plenitudinem, ac excessum malitiæ. viii, 250.

Ejus caput erit diabolus. viii, 250.

## ANIMAL.

Animal quomodo licet diversas habeat operationes, ad unam naturaliter tendat. v, 99, n. 27.



## ANNIHILABILITAS.

Ex annihilabilitate corporis cœlestis non infertur ejus deficientia ex parte materiæ, et per modum corruptionis. iv, 876, n. 9.

## ANNIHILATIO.

Annihilatio non est odium Dei, sed relatio dandi esse. iii, 513, n. 12.

Annihilatio non est proprie mutatio, sed desitio. iv, 513, n. 24.

## ANNIHILO.

Deus potest annihilare Angelos. iv, 603, n. 2.

Non tamen annihilabit: nihil ex rebus creatis a Deo annihilatur. iv, 604, n. 5.

Quod si Deus annihilaret Angelos, nullam violentiam eis in hoc inferret, respectu potentiæ obedientialis ipsorum. iv, 607, n. 10.

## ANTICHRISTUS.

Tempore antichristi destruendam fore urbem Romæ, communiter dicitur. vii, 208, n. 22.

Erit antichristus caput omnium malorum propter plenitudinem, et excessum malitiæ. viii, 250.

Ejus caput erit diabolus. viii, 250.

## ANTIPHONA.

Antiphonæ significatio et usus ex quo inceptorit. vii, 813, n. 2.

## ANXIETAS.

Anxietas est species tristitiæ, licet accidentalitatis et materialis. vi, 213, n. 5, vide angustia.

## APIS.

Apis Argivorum rex tempore famis a Josepho Pharaoni prænuntiata e Græcia in Ægyptum navigavit. vii, 533, n. 7.

Apis in Ægypto mortuus in arca clausus Serapis dictus est, et pro deo in similitudine bovis honoratus. vii, 533, n. 7.

## APOLLINARIS.

Apollinaris in Christo posuit Verbum divinum loco intellectus. v, 179, n. 25.

## APOLLONIUS.

Apollonii Thyanæi magi narratio, et quorundam ejus prodigiorum diabolica arte tum in eo vivente, tum mortuo patratorum. vii, 972, n. 25.

## APOSTOLUS.

Apostoli non omnia peccata venialia vitarunt, etiam post Spiritum sanctum acceptum, cum vere beatus Patrus fuerit reprehensus a Paulo, quia reprehensibilis erat. vi, 853, n. 4.

Apostoli perfectius cognoverunt mysteria fidei, quam prophetae, et patriarchæ veteris legis. vii, 121, n. 5.

Nihil modo creditur in Ecclesia quod non fuerit Apostolis revelatum. vii, 122, n. 8; 125, n. 18; 126, n. 20.

Imo et veritates, quas modo per discursum theologi sunt assecuti, cognoverunt. vii, 626, n. 20.

Apostolorum Concilium ad quid congregatum. vii, 125, n. 18; 130, n. 2.

In die pentecostes acceperunt Apostoli plenitudinem cognitionis speculativæ omnium veritatum, quæ ad salutem necessario erant credendæ, vel agendæ. vii, 126, n. 2.

Sed non est necessario dicendum quod ab illo die habuerunt omnem perfectissimam notitiam practicam. vii, 127, n. 4.

Omnibus Apostolis data est æqualis aucto-

ritas quasi extraordinaria, et delegata in ratione apostolatus, non tamen æqualis in ratione ordinariæ potestatis ad gubernandum Ecclesiam. vii, 187, n. 22; 193, n. 34; 195, n. 36.

Apostoli successores ordinaverunt, qui Ecclesias regerent post ipsos tamquam præpositi, et pastores. vii, 199, n. 5.

## APPETIBILIS.

Utrum impossibile sit appetibile, vide impossibile.

Appetibilia omnia quomodo sint unius generis in ratione movendi appetitum. v, 104, n. 38.

## APPETITUS.

Appetitus innatus quid, et unde nascitur. iii, 220, n. 14.

Quid item, et unde appetitus elicitus. iii, 220, n. 11.

Appetitus materiæ primæ ad formam. v, 420, n. 41.

Appetitus sensitivus non potest movere efficienter voluntatem, sed objective. v, 506, n. 44.

Appetitus sensitivus non movetur compositione, et divisione strictè dicta. v, 577, n. 7.

Appetitus sensitivus quoad suos effectus non subditur imperio rationis despotice, sed politice. v, 609, n. 6.

Appetitus sensitivus participat intrinsece libertatem ex conjunctione ad animam rationalem, cui politice, et non despotice obedit. vi, 70, n. 36.

Appetitus elicitus, et innatus quid sint. v, 309, n. 14, vide finis.

Appetitus bruti, vide bruta.

Appetitus sensitivus quatenus subjicitur rationi potest attingere bonum honestum. vi, 422, n. 79; 422, n. 21.

Quod non est extra spheram sui quatenus subordinatur, et ministrat rationi. vi, 424, n. 29.

Appetitus sensitivus potest ex participatione rationis eligere circa singularia, et modo collativo, seu comparativo procedere. vi, 426, n. 36.

Et elicere actus supernaturales ut dirigitur a prudentia supernaturali. vi, 520, n. 13.

Appetitus sensitivus est proprie capax passionum, non autem potentiæ sensitivæ, etiam apprehensivæ, nec voluntas. vi, 195, n. 5.

Appetitus duplex est, irascibilis scilicet, et concupiscibilis. vi, 193, n. 3.

Appetitus sensitivus est capax habituum in nobis non in brutis. vi, 418, n. 8.

In illoque subjectantur virtus temperantiæ, et fortitudinis. vi, 416, n. 1.

Appetitus sensitivus generat virtutes per suos actus, et tendit etiam in moralitatem objecti et intrinsece participat rationem voluntarii, et liberi. vi, 381, n. 26.

Appetitus irascibilis bonum arduum respicit, et sic indiget vi, et impetu ad consequendum. vi, 195, n. 3; 202, n. 17; 420, n. 15.

Appetitus irascibilis collocatur in corde. vi, 197, n. 2.

Appetitus irascibilis passionis sunt quinque, spes et desperatio, audacia, timor et ira. vi, 197, n. 3.

Appetitus concupiscibilis respicit bonum ut delectabile. vi, 197, n. 2; 202, n. 17.

Appetitus concupiscibilis collocatur in hepate. vi, 197, n. 2.

Appetitus concupiscibilis passionis sunt lex, amor et odium, desiderium et fuga, gaudium et tristitia, seu dolor. vi, 197, n. 3.

Appetitus elicitus in quibus differt a naturali. vi, 199, n. 8.

Appetitus naturalis in quibus differat ab elicito. vi, 199, n. 8.

Appetitus est duplex, innatus et elicitus. vii, 735, n. 7.

Appetitus innatus sequitur ad formam naturalem, id est, sine cognitione. vii, 735, n. 7.

Appetitus elicitus sequitur ad formam cognoscitivam in quantum talis. vii, 735, n. 7.

Appetitus non est agens comparativum. vii, 744, n. 9.

Naturalis appetitus non potest tendere circa aliquid supernaturale. viii, 183, n. 11.

Posito supernaturali continenti eminenter formaliter naturale, totaliter quiescit appetitus qui erat ad naturale. viii, 183, n. 11.

## APPLICATIO.

Applicatio alicujus causæ ad illud genus causæ reducitur solum, cujus est applicatio. v, 491, n. 9.

## APPREHENDO.

Apprehendere finem, et rationem finis, vide finis.



## APPREHENSIO.

In simplici apprehensione quomodo reperiat  
tur veritas. iii, 122, n. 21.  
Apprehensionis et iudicii distinctio. iii,  
118, n. 11.  
Apprehensio, vide cognitio et visio.

## APPROBATIO.

Approbatio pontificis aut Ecclesie non facit  
infallibilem certitudinem, nisi in his in  
quibus habet adjunctam assistentiam Spi-  
ritus sancti. vii, 809, n. 40.

## APPROXIMATIO.

Approximatio est conditio supplebilis a Deo.  
viii, 429, n. 21.  
Sufficit approximatio virtualis, ut agens  
agat. viii, 429, n. 21.

## AQUA.

Utrum aqua sint supra cœlos, et quomodo  
intelligenda sit Sacra Scriptura quæ hoc  
dicit pluribus in locis. ii, 724, n. 21, vide  
firmamentum.

Aqua et terra non sunt facta tertia die quo-  
ad suam substantiam, sed aliqua solum  
accidentali mutatione, quantum ad situm,  
et locum divisa. ii, 729, n. 3.

Quomodo aqua congregata sint tertia die,  
et in quem locum recepta. ii, 734, n. 9.

Aqua maris densior et crassior aqua lumi-  
num et fontium. ii, 735, n. 15.

Aquæ produxerunt pisces, et aves materia-  
liter dumtaxat, non vero effective præ-  
buerunt materiam. ii, 753, n. 3.

Nonnulli philosophi putabant aquam non  
esse factam, et esse quasi materiam coe-  
vam isti qua ratione fingebant deos jurare  
per aquam paludis Stygiæ, quia illa aqua  
erat omnibus rebus antiquius. ii, 787, n.  
12.

Aqua maris non præternaturalizatur, sed  
perficitur ex fluxu, et refluxu ex impres-  
sione cœlesti provenienti. v, 831, n. 69.

Aqua calefacit instrumentaliter secundum  
probabilem operationem, ut scilicet defert  
calorem ignis. vi, 853, n. 1.

Aquæ nimium in damnatorum pœnis quid  
significant. vii, 957, n. 11.

Aqua et ignis non agent in corpora damna-  
torum actione naturali. vii, 764, n. 16.

## ARBITRIUM.

Quando D. Thomas dicit liberum arbitrium  
sufficere ad eliciendum actum, quo se  
præparat ad gratiam, per ly solum arbi-  
trium non excludit auxilium gratiæ im-  
pressum potentiæ, sed ly solum excludit  
donum habituale præsuppositum et re-  
quisitum ad præparandum se ad gratiam.  
ii, 265, n. 26, vide gratia et scientia Dei.

Arbitrium liberum quibus titulis ab hæreti-  
cis hujus temporis impugnatum. iii, 197,  
n. 1.

Arbitrii liberi motus est gratiæ divinæ effec-  
tus. iii, 409, n. 11.

Arbitrium liberum posito decreto Dei effi-  
caci potentiam retinet ad oppositum. iii,  
454, n. 50.

Arbitrii liberi bonus usus ut se tenet ex  
parte nostra est effectus prædestinationis.  
iii, 766, n. 2.

Arbitrium proprium contra legem divinam  
est regulativum peccati mortalis. v, 141,  
n. 15.

Arbitrium liberum non est extinctum quoad  
vires suas per peccatum, sed attenuatum.  
vi, 738, n. 7; 746, n. 11; 755, n. 24, vide  
voluntas et gratia specialis.

Arbitrii liberi bonus usus, ut procedens ex  
viribus naturæ non est initium justifica-  
tionis, et oppositum est Semipelagianis-  
mum. vi, 768, n. 24.

## ARCHITECTONICUS.

Architectonica virtus, vide virtus architec-  
tonica.

## ARDUITAS.

Arduitas tollitur in bono, vel quia res modi-  
ca est, vel quia, etsi magna sit, est tamen  
in possessione. vii, 365, n. 4.

Arduitas requisita ad spem non evacuatur  
per certitudinem existimatam, sed realem  
possessionem. vii, 395, n. 15.

## ARDUUS.

Arduum, vide spes.

Arduum ut specificans spem pertinet ad li-  
neam boni. vii, 336, n. 30.

Ad rationem ardui non sufficit quod sit in  
potestate alterius, si illa potestas est mihi  
communicata et conjuncta. vii, 366, n. 6.  
Neque etiam sufficit quod sit bonum super-  
naturale, si sit possessum, vel in se, vel  
in suo titulo. vii, 366, n. 6.

## ARGENTUM.

Quid in Scriptura sacra significet, vel quid  
valeat. vii, 896, n. 10.

## ARIANUS.

Ariani Filium Dei libere processisse dice-  
bant. v, 379, n. 40.

## ARIUS.

Arii hæresis, hæresi Sabellianæ per extre-  
mum opposita est. Arius enim ex distinc-  
tione Personarum intulit essentialium dis-  
tinctionem; Sabellius autem ex unione  
essentialium intulit unitatem Personæ. iv, 2,  
n. 1.

S. Augustinus Dionysium quemdam Arii  
fontem vocat. iv, 5, n. 5, vide Origenes.  
Contra Arium scripsere multi. iv, 6, n. 6.

Arii discipuli non idem plane senserunt quod  
Arius: nunquam tamen consubstantialita-  
tem Filii cum Patre admiserunt. iv, 6,  
n. 7.

Quidam tamen initio cum Ario idem plane  
senserunt. iv, 6, n. 7.

Prima Arii moderatio quando contigit. iv,  
7, n. 8.

Quando secunda. iv, 9, n. 9.

Quando tertia. iv, 10, n. 12.

Arius Filium Dei aliquando incepisse dixit.  
v, 479, n. 25.

## ARMENUS.

Armeni, vide Græcus.

## ARNOLDUS.

Arnoldus de Brixia, vide Abailardus et Tri-  
nitas.

## ARS.

Ars et scientia Dei quid discriminis habe-  
ant. iii, 45, n. 42; 46, n. 43.

Ars licet procedat per determinatas regulas,  
consilio propter contingentiam indiget ali-  
quando. v, 837, n. 6.

Ars non potest unico actu generari, sed plu-  
ribus. vi, 350, n. 16, vide habitus, opinio  
scientia et virtus.

Ars vere, et proprie est virtus intellectualis,  
infallibiliterque procedit ex parte modi  
procedendi et regularum, quas tradit: de-  
fectibilitas autem solum est ex parte ma-  
teriæ. Et idem est de prudentia. vi, 467,  
n. 1.

Ars per certas, et determinatas regulas pro-  
cedit; prudentia vero per arbitrias. vi,  
471, n. 1.

Ars et prudentia in quibus differant. vi,  
469, n. 1.

Ad artem aliquando requiritur consilium,  
semper autem requiritur iudicium, et præ-  
ceptum. vi, 471, n. 2.

Ars inferior quomodo subordinetur superiori  
quoad specificationem, et quoad exerci-  
tium operis. vi, 473, n. 7.

Ars non dependet in suis regulis ex rectitu-  
dine moralis bonitatis. vi, 473, n. 2.

Sic rectitudinem operis respicit, non bonita-  
tem operantis. vi, 473, n. 7.

Ars omnis practica est, nisi sit scientia si-  
mul, tunc enim erit habitus speculativus,  
et solum habebit quemdam modum prac-  
tici. vi, 476, n. 8.

In quibus non erit habitus distinctus id quod  
est operativum, et quod contemplativum,  
cum sint eadem principia, et non sit dis-  
tincta difficultas. vi, 476, n. 8.

Ars liberalis differt a mechanica in hoc quod  
hæc respicit directionem effectuum; illa  
vero actionum. vi, 676, n. 28.

Ars liberalis potest etiam extendi ad direc-  
tionem actionum speculativarum ipsius  
intellectus, ut logica facit, quæ est ars li-  
beralis. vi, 474, n. 3.

Et tunc talis ars, quæ hoc facit erit habitus  
speculativus, non practicus, quia demon-  
strative procedet, et resolutiva, ut logica.  
vi, 474, n. 3.



 Existentia et operatio non sunt bona ut quod, sed ut quo. i, 688, n. 8.  
 Bonum est passio entis non absolute vel pro quocumque statu, sed sub statu entis perfecti et ordinati ad existentiam et ad accidentia. i, 689, n. 13.  
 Bonum secundum quid et inchoative pertinet ad solam essentiam secundum se. i, 659, n. 13.  
 Omnis creatura est bona actualiter, et consummate sub ordine existentiae, radicaliter autem et inchoative etiam ratione essentiae quae est radix accidentium, a quibus redditur plene et consummate perfecta. i, 692, n. 22.  
 Omnia quae Deus fecit, sunt valde bona, fecit enim ea cum existentia, et accidentibus debitis, non sine illis in pura ratione essentiae. i, 692, n. 22.  
 Nulla relatio, aut convenientia, aut conditio concurrens ad rationem boni potest ejus realitatem essentialiter constituere, neque formalem rationem ut distinguitur ab ente ejus subjecto. i, 660, n. 7.  
 Bonum est in rebus, non in appetitu. Quid addat super ens. iii, 83, n. 22.  
 Bonum in quo consistit. iii, 117, n. 10.  
 Bonum aliud absolutum, et aliud relatum. iii, 130, n. 2.  
 In quo utrumque fundatur. iii, 131, n. 3.  
 Bonum pro integritate rei sumptum non est passio entis. iii, 131, n. 3.  
 An bonum consistat in integritate entis, an addat respectum ad appetitum. iii, 131, n. 4.  
 Bonum est in rebus, verum autem in compositione, et divisione intellectus. iii, 132, n. 5.  
 Quomodo sit prius quam verum. iii, 32, n. 5.  
 Est objectum appetitus. iii, 133, n. 6.  
 Bonum non movet voluntatem nisi per sui diffusionem. iii, 503, n. 1.  
 Quomodo habet statum appetibilitatis. iii, 503, n. 1.  
 Bona quae conducunt ad Dei gloriam sunt duplicis generis. iii, 316, n. 21.  
 Bonum, vide daemon.  
 Triplex est bonum, scilicet honestum, utile et jucundum. iv, 707, n. 24.  
 Quod si unum et idem bonum possideat haec tria, tunc illae differentiae et species boni sunt filium respectivae. Si autem unum et idem non habeat has circumstantias, tunc illae differentiae erunt entitativae et absolutae. iv, 707, n. 24.  
 Natura studet brevitati, et paucitati, nisi propter bonum speciei. iv, 598, n. 24.  
 Principium prolixum esse decet, secundum Platonis praecipua, quatenus ex principiis bene discussis facilius sit ad reliqua aditus. iv, 2, n. 1.  
 Bonum est idem cum fine, vide finis.  
 Bonum est triplex. v, 83, n. 12.  
 Bonum honestum, et delectabile, vide honestum.  
 Bonum utile, vide utile.  
 Bonum satiativum, et ultimum est primum principium omnium appetibilium. v, 104, n. 38.  
 De ratione boni est perfectio. v, 116, n. 48; 223, n. 59.  
 Ratio formalis boni perfecti, aliter vocatur beatitudo in communi. v, 116, n. 49.  
 Bona creata sive animae, sive corporis non possunt esse beatitudo. v, 164, n. 4.  
 Nec tota collectio creaturarum ut cognita. v, 165, n. 8.  
 In bonis, quae non sunt summum bonum, bene potest minus bonum eligi praemajori bono. v, 254, n. 26.  
 Bonum practicae, et motive sumptum non potest abstrahere a bono propter se, vel propter aliud. v, 471, n. 7.  
 Bonum analogice analogia proportionalitatis convenit fini, et mediis. v, 474, n. 17.  
 Bonum convenit mediis intrinsece, licet dependenter a fine. v, 474, n. 17.  
 Bonum commutabile, vide conversio, creatura, finis ultimus, peccator, peccatum.  
 Bonum incommutabile averti dupliciter contingit. v, 152, n. 47.  
 Bonum, et malum morale quomodo sint differentiae voluntatis. v, 621, n. 15.  
 Bonum, et malum sunt differentiae in genere morali. v, 623, n. 18; vi, 1, n. 2.  
 Bonum, et malum morale opponuntur immediate contrarie. v, 799, n. 26.  
 Bonum morale fit non bonum, si malo fini deserviat. v, 746, n. 19.  
 Bonum simpliciter non solum dicitur tale in rebus creatis ratione substantiae, sed etiam ratione accidentium. vi, 398, n. 33.  
 Bonum honestum primario in ratione invenitur; participative autem in bono sensibili potest inveniri, ut dirigibili a ratione; et sic tale bonum ab appetitu, ut subjecto rationi, potest attingi. vi, 223, n. 23.  
 Bonum melius est materia voti, vide, votum.  
 Bonum quod est impedimentum majoris boni, non est materia voti. vii, 851, n. 8.  
 Bonum concupitum non ordinatur ad eum, cui concupiscitur, ut ad finem cujus gratia, sed tamquam ad finem cui. vii, 343, n. 14.  
 Bonum amicabile addit supra bonum absolute rationem communicativi. vii, 407, n. 3.

- Bonum apprehensum concurret in triplici genere causae respectu appetitus, scilicet objectivae, finalis et effectivae. vii, 735, n. 7.  
 Bona quae per orationem obtinentur, proveniunt ex gratia Dei. vii, 757, n. 8.  
 Bona quae possumus petere a Deo, sunt in triplici differentia. vii, 794, n. 2.  
 Bona spiritualia secundum se considerata peti possunt, et debent a Deo. vii, 793, n. 3.  
 Bona temporalia ex fine sustentationis, et conservationis naturae licite possunt peti a Deo. vii, 795, n. 12.  
 Ista autem bona secundum quod subsunt usui nostro ultra conservationem naturae, non possumus petere, neque secundum se considerata. vii, 796, n. 12.  
 Non est bonum divinum ut amabile amore concupiscentiae. vii, 327, n. 9.

## BOS.

- Bos ab Aegyptiis in honorem Serapidis abatur, quem Apis nomine vocabant. vii, 960, n. 4.  
 Bos nomine Apis apud Aegyptios deus, in eoque colendo superstitio. vii, 960, n. 4.  
 Bos Apis Germanici Caesaris mortem praenuntiavit. vii, 960, n. 4.  
 Bovi Aegyptio mortuo solemniter planctu sacerdotes parentabant. vii, 960, n. 4.  
 Bovis Apis solemniter apud Aegyptios mense aprili celebrabantur. vii, 961, n. 6.  
 Bove Api reperto in praemortui locum valde Aegyptii laetabantur, et ita splendidis conviviis epulabantur, ut in proverbium abiierint serapicae cenae. vii, 961, n. 6.

## BRITANNIA.

- Britannia insula postquam religionis christianae cultum amplexa est, nec venenata parit animalia, nec aliunde allata tolerat. vii, 964, n. 11.

## BRUTUM:

- Bruta quam indifferentiam habeant in agendo. v, 16, n. 30; 309, n. 44.  
 Et quomodo movent se propter finem. v, 16, n. 30, vide finis.  
 Bruta feruntur a convenientia finis, ut materialiter habita in ipsa re. v, 39, n. 25; 382, n. 49.  
 Quomodo bruta non se moveant propter finem. v, 42, n. 31; 383, n. 53.  
 Bruta vitali actu appetunt finem. v, 60, n. 31.  
 Bruta non moventur ab honesto, bene tamen ab utili, et delectabili, et hoc quomodo. v, 44, n. 36.  
 Brutorum appetitus necessatur. v, 376, n. 30.  
 Bruta habent voluntarium imperfectorum, unicum tamen cum perfecto. v, 382, n. 49.  
 Bruta cognoscunt finem non collective cum mediis, sed absolute ut convenientem, vel disconvenientem. v, 382, n. 50.  
 Bruta non moventur compositione, et divisione strictae sumptae. v, 578, n. 11.  
 Bruta habent spem. vi, 225, n. 12.  
 Bruta habent iram, licet non proprie. vi, 232, n. 5.  
 Bruta sunt capacia habituum imperfectorum, quatenus subduntur imperio, et gubernationi hominum. vi, 257, n. 12.  
 Brutorum instinctus quis sit, et quomodo in eis formetur. vi, 258, n. 13.  
 Brutorum assuefactio non consistit in aliqua qualitate superaddita speciebus magis firmatis consuetudine ipsa. vi, 258, n. 14.

## BULLA.

- Quando in bulla Cruciatu datur facultas relaxandi juramenta, vel commutandi vota intelligitur de illis quae non vergunt in detrimentum proximi. vii, 878, n. 11.  
 In bulla Compositionis datur facultas ad componendum id quod beneficiarius debet ex omissione recitanda. vii, 825, n. 6.

## CAJETANUS.

- Cajetanus nec Thomista non imponunt falsum Scoto, in eo quod dixerit dari actum neutrum in voluntate, qui non sit circa finem, nec circa media. v, 468, n. 2, vide actus neuter.

## CAECITAS.

- Caecitas daemonum unde proveniat. iv, 992, n. 14, vide obcaecatio et nox.



## CALIX.

Calix iræ dei de quo bibent omnes peccatores terræ. vii, 953, n. 2.

## CALOR.

Calor non est proprietas ignis absolute, et secundum substantiam, sed ut habet talem acrimoniam, et modum, id est, calor ut igneus, et sic non est naturalis nisi igni, aliis vero corporibus, non convenit sub tali modo, vel acrimonia, nisi ex participatione ignis. ii, 294, n. 27.

## CALUMNIA.

A calumniis non est licitum per calumniam defendi. vii, 505, n. 7.

## CALVINUS.

Calvini doctrina e diametro opposita est doctrinæ Thomisticæ. i, 483, n. 13.

Calvinus posuit decretum Dei, non quomodocumque antecedens, sed necessitans voluntatem: Thomistæ vero dicunt quod decretum Dei absolute antecedens, non tollit libertatem, sed causat, conservat et perficit. ii, 658, n. 30.

Calvini opinio circa præscientiam, gratiam efficacem, et libertatem nostram, vide gratia circa finem.

Calvini error de libero arbitrio ob efficaciam divinæ gratiæ excutitur. iii, 198, n. 3.

In quo cum Pelagio conveniat. iii, 199, n. 4.

Ejus æquivocatio in negatione liberi arbitrii ob inefficaciam divinæ voluntatis. iii, 204, n. 14.

Calvini hæresis, libertatem nostram tolli per auxilium gratiæ efficacis, a Concilio Tridentino jugulatur. iii, 416, n. 18; 417, n. 19.

Calvini error de reprobatione. iii, 820, n. 20.

Falso Thomistis objectus. iii, 820, n. 21.

Calvinus, vide Angelus.

Calvinus existimavit necessitari voluntatem ab auxilio divino. vii, 754, n. 2.

## CAMPANA.

Campanæ de Velilla pulsatio prodigiosa aliquid infaustum reipublicæ prænuntians. vii, 967, n. 16.

Campanæ de Velilla pulsatio audita in expulsionem Mahumetorum ex Hispania. vii, 967, n. 17.

Campana de Velilla habet in ora exaratum quoddam Sybillarum vaticinium. vii, 967, n. 17.

## CANON.

Ex Canonibus Apostolorum solum quinquaginta seu septuaginta, sententiæ in illis contentæ, sunt approbatæ. vii, 274, n. 21.

Canones Trullani a Græcis sunt conficti, et ab Ecclesia reprobati. vii, 275, n. 22.

## CANONIZATIO.

Quid importet canonizatio explicatur. vii, 293, n. 1.

Ad illam præcedere solet quasi duplex dispositio, qua paulatim aliquis cultu aliquo incipit coli, et venerari, scilicet beatificatio et elevatio. vii, 293, n. 2; 295, n. 4, vide beatificatio et elevatio.

Canonizatio quantum ad ipsam substantiam, scilicet, quod sancti proponerentur ab Ecclesia colendi, et venerandi, ita antiquum est, ut ab apostolica traditione descendat, habeatque fundamentum in Scriptura. vii, 295, n. 5.

Modus autem canonizationis diversimode se habuit a principio Ecclesiæ usque nunc. vii, 295, n. 6, vide Ecclesia et papa.

## CAPUT.

Explicantur proprietates capitis. viii, 247.

## CARCER.

Carcer dæmonum est talis, quod ei alligantur, et quoad detentionem localem, et quoad detentionem moralem operationum suarum liberarum impeditivam, vide alligo et ligo. iv, 1017, n. 12.

## CARDINALIS.

Cardinalis virtus, vide virtus cardinalis, et vide clericus Romanus.

Ad ipsos pertinet electio papæ. vii, 224, n. 22; 226, n. 25.

Et hoc est verum etiam si a Concilio generali papa deponatur. vii, 226, n. 25.

Nullus cardinalium prætextu excommunicationis vel censuræ, potest ab electione papæ repelli. vii, 228, n. 1.

Ad ipsos non pertinet tractatus de depositione papæ. vii, 258, n. 17.

## CARO.

Carnis tentatio, vide tentatio.

## CASTITAS.

Castitas perpetua nequit servari sine speciali gratia, quia nequit exerceri sine resistentia gravium tentationum. vi, 753, n. 29, vide contritio, gratia specialis, martyrium, perseverantia et tentatio.

Castitas est virtus, quæ est pars subjectiva temperantiæ ex parte venerorum. vi, 888, n. 14, vide temperantia.

## CASUS.

Casus reservatus, vide dubito.

## CATHERINUS.

Catherini error et Massiliensium de prædestinatione refellitur. iii, 108, n. 28 et 609, n. 30.

Catherinus ait per fidem divinam mediate posse inferri aliquem esse in gratia, colligendo hoc ex principiis revelatis, et aliis experientiis adjunctis. vi, 855, n. 1, vide fides et gratia.

## CAUSA.

In causa æquivoca invenitur quidquid perfectum est in effectu, in eo genere et linea, in qua est causa æquivoca. i, 637, n. 4.

Causa æquivoca semper est perfectioris virtutis quam effectus a se productus, in quantum est talis effectus. i, 637, n. 4.

Causa univoca non continet effectum secundum conditiones individuales absolute, sed secundum eandem rationem specificam. i, 637, n. 4.

Causa univoca continet effectum, non tamen modo perfectiori, quam sit effectus in se, neque secundum altius esse. i, 639, n. 9.

Causa instrumentalis non continet effectum, neque agit in virtute propria, sed in virtute causæ principalis, neque illi assimilatur effectus, sed causæ principali. i, 639, n. 9.

Causa physica cur vehementius influat quam moralis. iii, 467, n. 69.

Causa finalis est prima inter omnes. v, 38, n. 23.

Causa increata efficit ens in quantum ens, quidditates autem particulares tangit, ut contentas sub ente, et existentia. v, 48, n. 8.

Quomodo causæ creatæ producant existentiam rei. v, 48, n. 8.

Causæ æquivocæ etiam specificantur a principio, et quomodo. v, 56, n. 23.

A causa univoca quod derivatur debet esse distinctum numero ab illa. vi, 86, n. 20.

Causa particularis semper subordinatur universali. v, 151, n. 44.

Unus numero effectus non potest prodire a duabus causis totalibus creatis. v, 651, n. 27.

Causa conservans duplici modo conservat vel influendo in effectum quoad esse, vel subministrando materiam, seu dispositiones requisitas. vi, 367, n. 22.

Quæ sit causa proxima, quæve remota mutilationis, vel mortis. vii, 371, n. 7.

Causa efficiens habitus, illum non specificat. vii, 524, n. 10.

Licet causa secunda sit efficax in suo genere, tamen potest impediri, quia non est efficax in omni genere causæ. viii, 94, n. 15.

Assignatur discrimen inter causam moralem, et physicam. viii, 462, n. 60.

Non est necessarium, quod causa moralis exerceat aliquam operationem circa effectum, qui moraliter tantum ab ea procedit. viii, 428, n. 16.



Causa prima non impedit, sed potius juvat causam secundum ad agendum concurrere cum ipsa. viii, 293.  
Causa imperans non semper est causa moralis. viii, 434, n. 48.

## CENSURA.

Censuræ definitio legitima contra Suarez. vii, 513, n. 4.  
Ejusque explicatio. vii, 514, n. 5.  
Septem sunt species censuræ, et quæ illæ sint. vii, 501, n. 4.  
Censurarum potestas et forensis tradita Matthæi xvi et xviii, non ipsa remittendi peccata. ix, 185.

## CERINTHUS.

Cerinthus Christum negavit deum, vide Christus et Ebion.

## CERTITUDO.

Vide certitudo spei.  
Certitudo voluntatis aliter regulanda est in actu fruitionis, seu gaudii, aliter in actu spei. vii, 369, n. 4.

## CESSATIO.

Cessatio ab omni actu in voluntate, an sit violentia, vide agens et voluntas.

## CHARACTER.

Character non est habitus inclinans ad operandum moraliter, sed potestas ad valide conficiendum, vel recipiendum sacramentum. vi, 346, n. 28.  
Character non influit in malum usum sacramenti, sed in valorem sacramenti, et sic bene potest aliquis male uti characterem in genere morali. vi, 396, n. 28.  
Character manet in fidelibus damnatis. vii, 106, n. 2.

Character non est virtus ad causandum effectum supernaturalem, sed est qualitas reddens aptum subjectum ad recipiendam virtutem causativam. viii, 448, n. 47.

Imprimi characterem indelebilem in anima per sacramenta, fides docet. ix, 323, n. 2.  
Character potentia vindicatus a S. Thoma. ix, 224, n. 3.

Character verum efficit sacramentum, sed non semper bene, unde nec habitus per se primo ordinatus ad divina tradenda aut recipienda. ix, 323, 324.

Character est potentia ministerialis: hinc reductive in genere 323 et 359. Quis pro formali, aliquid rationis Durandus voluit, quod videtur damnatum esse. Character res absoluta, fundans relationem: signum, non ex aliqua impositione, sed ex natura sua. ix, 324.

Character qualitas est, non modus: ex adjuncto sacramento signum, et secundario, non ipse per se. ix, 335.

Distinctivus, non ipsa distinctio: deputatio realis a Deo, et forma in sua entitate accidentalis, vi cujus debeat concursus, ut eo minister utatur cum voluerit. ix, 332.

Characteris effectus a conditione morali dependens, in confirmatione, pœnitentia, etc. ix, 344.

Character alius potentia activa, alius passiva: quid hæc in illo. ix, 350. Vide baptismus, confirmatio et ordo.

Christi character est in potentia animæ (nempe in intellectu) atque in eo indelibiliter. ix, 367.

Suarez frivola quæstio, an character sit qualitas intensibilis. ix, 379.

Tria dumtaxat sacramenta imprimunt characterem, baptismus, confirmatio, ordo: nulla vetera. Scoti opinio singularis, quod imprimeret circumcisio. ix, 379.

Christi passio futura, causa finalis gratiæ patrum, non efficiens: ipsa existens, etiam efficiens et causa physica, non solum moralis. Ejus resurrectio, causa efficiens nostræ resurrectionis. ix, 138.

Circumcisio et legis naturæ remedium, gratiam parvulis conferebant ex opere operato passive; adultis solum ex opere operantis, per fidem Jesu Christi; nec aliter reliqua vetera sacramenta. ix, 309.

Quid hæc differant? Opus operatum active sive efficientia physica. ix, 315.

Circumcisionem characterem impressisse, Scoti opinio. ix, 381.

Confirmationis character activus et passivus. Illius fidei professio ac defensio, quasi ex officio, cum nec digna et ex fide virtute, sed actus ex circumstantia malus est. ix, 359.

## CHARITAS.

Relatio, virtualis saltem, in finem charitatis requiritur ad opera meritoria, colligiturque explicite ex Concilio Tridentino. v, 130, n. 49.

Non est paratus mori pro fide ex motivo charitatis, qui est in peccato mortali, sed ex pia affectione ad fidem. v, 144, n. 20.

Charitatem patriæ, et viæ probabilius est ejusdem esse speciei. v, 218, n. 52.

Fortitudo divina magis ostendebatur in sustinendo tantam indignitatem sicut sustinuit.

Charitas quo sensu dicatur, quod est summum præmium in patria. v, 227, n. 6.

Charitas perfectior est fide, et spe, non tamen visione clara Dei. v, 238, n. 34.

Actus charitatis circa Deum, et proximum non sunt actus speciei diversi. v, 319, n. 41.

Nec charitas viæ, et patriæ. v, 319, n. 41.

Non potest esse idem actus numero, qui in via elicitur, et in patria. v, 322, n. 50.

Charitatis meritum, et præmium, vide meritum et præmium.

Charitas Christi, vide Christi amor et Christi meritum.

Charitas addit supra amorem æstimationem quamdam, et pretium rei amatæ; differtque ab amore, qui est passio. vi, 904, n. 1; 205, n. 2.

Charitas non augetur extensive. vi, 305, n. 33.

Charitas nequit esse sine fide, et spe; bene tamen e contra spes, et fides sine charitate in peccatore; et fides etiam aliquando sine spe. Et charitas etiam connexa est cum virtutibus moralibus infusis; et e contra morales infusæ connexæ sunt cum theologis. vi, 532, n. 6.

Charitas etiamsi pertineat ad genus volubile, nobilior est virtutibus generis intellectualis; et quomodo hoc sit intelligendum, non tamen lumine gloriæ. vi, 560, n. 18.

Charitus est excellentior fide. vi, 138, n. 14.

Sine charitate in statu peccati non manent virtutes acquisitæ in ratione habitus, sed mutantur ex defectu motivi formalis indispotionis. vi, 550, n. 58.

Charitas (sicut et cæteræ virtutes) distinguitur a gratia realiter. vi, 795, n. 43.

Charitas requirit subjectum elevatum in ordine supernaturali mediante gratia, ut præbeat suum effectum. vi, 798, n. 5.

Charitatis effectus tribuuntur ipsi ut principio proximo, gratiæ autem iidem effectus

tribuuntur, ut principio tamen radicali. vi, 792, n. 10.

Charitas opponitur peccato quatenus peccatum est in voluntate quantum ad actum. vi, 800, n. 13, vide gratia, macula et peccatum.

Charitas quælibet ejusdem speciei est cum alia. vi, 851, n. 6.

Charitas est forma virtutum, quatenus eas trahit ad suum finem. vi, 893, n. 17.

Charitatis directio respectu contritionis, et aliarum virtutum dupliciter intelligi potest, et quomodo. vi, 893, n. 17.

Charitatis influxus, vide influxus charitatis.

Charitas supernaturalis est vera et propria amicitia inter Deum et hominem, fundata non in communicatione qua homo, sed qua filius habens eundem spiritum. vii, 408, n. 5.

Objectum formale charitatis est bonitas divina amanda propter seipsam fundantem communicationem sui immediatam. vii, 408, n. 6.

In objecto secundario non æqualiter relucunt conditiones amicitiae. vii, 412, n. 45.

Charitas supernaturalis est una virtus speciei atomæ. vii, 419, n. 2.

Charitas in genere moris est excellentior cæteris virtutibus, et hoc in triplici sensu. vii, 425, n. 1.

Charitas inferior est entitative ad unionem hypostaticam, gratiam habitualement, et lumen gloriæ. vii, 425, n. 2.

Entitative autem est perfectior virtutibus naturalibus, sive existentibus in intellectu, sive in voluntate. vii, 425, n. 3.

Excedit etiam virtutes supernaturales, quæ sunt in voluntate. vii, 425, n. 3.

Est etiam perfectior entitative fide, et aliis virtutibus intellectualibus supernaturalibus, quæ sunt in via. vii, 423, n. 6.

Charitas non augetur extensive. vii, 430, n. 2.

Charitatis augmentum est sine termino ab intrinseco. vii, 432, n. 8.

Charitas potest augeri a Deo physice, nulla interveniente dispositione ex parte actus nostri. vii, 434, n. 1.

Ad augmentum charitatis requiritur ex parte actus nostri dispositio non solum moralis, sed etiam physica. vii, 437, n. 10.

Quæ dispositio debet esse actus, non solum æqualis ad habitum præcedentem, sed excedens illum, æqualis tamen augmento introducendo. vii, 438, n. 12; 452, n. 11.

Charitas non augetur secundum totam intensionem actus disponentis, sed secundum excessum actus ad habitum præexistentem. vii, 440, n. 19.



Ad augmentum charitatis augentur virtutes infusæ, et quare. vii, 442, n. 5.  
 Augmentum charitatis merentur justi bonis operibus, et non solum vitam æternam. vii, 443, n. 7.  
 Charitatis augmentum merentur actus aliarum virtutum, si imperentur a charitate. vii, 443, n. 7.  
 Charitatis augmentum, quod merentur actus remissi, non statim datur, sed quando per actum ferventiorum homo se disposuerit. vii, 449, n. 3.  
 Ad hoc autem augmentum se disponit homo per actum ferventiorum dilectionis, et per conatum ad charitatis profectum. vii, 449, n. 3; 454, n. 17.  
 Iste autem actus ferventior elicitur in alia vita. vii, 262, n. 25.  
 Caritas potest diminui a Deo per subtractionem concursus. vii, 277, n. 29.  
 Non tamen diminuitur de facto a Deo sine culpa hominis. vii, 277, n. 29.  
 Non diminuitur autem, nec physice, nec moraliter per peccatum veniale. vii, 278, n. 30.  
 Caritas habet ordinem in objectis dirigendis, non quasi ordinans, sed quasi ordinata. vii, 743, n. 10.  
 Caritas eminentiori modo reddit hominem sanctum quam religio. vii, 717, n. 14.  
 Caritas qua diligitur Deus, et proximus est una virtus. vii, 671, n. 16.

## CHERUBIM.

Cherubim in alios Angelos influunt perfectionem scientiæ, non tamen beatiæ, in scientia autem beata exceduntur a Seraphim. v, 238, n. 34.

## CHIRURGUS.

Chirurgus in curatione infirmorum quomodo debeat se gerere in formanda conscientia. v, 485, n. 33.

## CHOLERA.

Cholera inter omnes humores facilius movetur, ad quod sequitur ira, et sic cholericus facilius irascuntur. vi, 234, n. 2.

## CHRISTUS.

Christus plura fecit miracula solo imperio, aut verbo, vel visu quod est proprium Dei, qui dixit et facta sunt; sicut imperando ventis cessavit tempestas, et imperando leproso mundatus est, et imperando febri dimisit socrum Simonis. i, 405, n. 33.  
 Christus venit ut Deus salvator, et satisfaciens pro peccatis, et consequenter ut patiens et subjectus opprobriis et doloribus. i, 408, n. 38.  
 Christus non debuit venire in manifestatione gloriæ, quia si cognovissent nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. i, 408, n. 38.  
 Non conveniebat Christo quod ostenderet gloriam suam, si veniebat ad satisfaciendum pro peccatis. i, 408, n. 38.  
 Maxima gratia et liberalitas Dei Christi in hoc enituit, ut egenus fieret propter nos in assumpta natura. i, 408, n. 38.  
 Christus debuit docere abjectionem, et contemptum omnis gloriæ temporalis, quæ valde impedit assecutionem æternæ, cum temporalia spiritalibus contrarietur. i, 408, n. 38.  
 In hoc maxime constabit antichristum et omnes qui ex eo sunt falsa docere, quia maxime inhiant vanitati et gloriæ temporalis, et sic non nos, ut Christus, ad æterna dirigunt. i, 408, n. 38.  
 Tota cum Judæis controversia, ex illo unico puncto dependet, an Christus in lege promissus venerit, et sit illa singularis persona quæ dicitur Jesus filius Mariæ. i, 411, n. 3.  
 Lex antiqua per Moysen data debuit finire in Christo. i, 411, n. 3.  
 Regnum Christi seu Messias non erat futurum in sola gente Judæorum, sed in omni terra, nec delicias et divitias æternas promittebat, sed cœlestes et per mortem suam acquirendas. i, 411, n. 3.  
 Testimonia contra Judæos sunt in triplici genere: primo, quæ promittunt Christum absolute venturum, non designando tempus neque circumstantias; secundo, sunt quæ designant tempus licet non diem, neque horam determinate; tertio, sunt quæ tales circumstantias designant, quod non nisi illi singulari personæ filio Mariæ convenire possunt. i, 412, n. 4.  
 Promissus est Christus venturus in libris Moysi, in psalmis et in prophetis, ut ipse Jesus dixit in Luca evangelio. i, 412, n. 5.  
 Judæi dicunt quod revera Christus fuit promissus in lege, sed sub ea conditione si non obstarent peccata populi. i, 413, n. 6.

De Christo venturo facta fuit promissio absolute, non conditionate. i, 413, n. 6.  
 De tempore adventus Christi duo testimonia constant ex Scriptura. Primum, non venisse Christum immediate post captivitatem Babylonicam: secundum, non venturum post totalem destructionem templi et reipublicæ Judæorum. i, 412, n. 4, 7.  
 De adventu Christi loca Scripturæ famosiora. i, 414, n. 8.  
 Christum fuisse verum Messiam constat ex eo quod in eo impleta sunt omnia quæ de vero Messia dicta sunt. i, 419, n. 17.  
 Modus vitæ et mortis, qui de Christo vero Messia a prophetis prædictum fuit, completus omnino fuit in Jesu filio Mariæ. i, 420, n. 18.  
 Testimonia Scripturæ quæ hoc probant. i, 420, n. 18.  
 Non fuit prædictum de Christo quod sederet super regnum terrenum David, quia David solum regnavit in Judæa et Palæstina, sed quod Messias esset regnator super omnes gentes et totum orbem. i, 422, n. 21.  
 Christus non sedit super regnum David si accipiatur materialiter et determinate pro terreno regno, sed spiritualiter scilicet pro regno spiritali in vera fide et religione, sicut floruit tempore David. i, 422, n. 21.  
 Ad regnum istud spirituale pertinet quod Christus sit pater futuri sæculi. i, 422, n. 21.  
 Cur regnum spirituale Christi vocetur regnum David. i, 422, n. 21.  
 Quomodo ille locus Davidis Psalmi xci: *Senectus mea in senecta uberi debeat intelligi*, expenditur. i, 422, n. 22.  
 An defecerit sceptrum de Juda, eo tempore quo natus est Christus. i, 424, n. 24.  
 An tempore Herodis sceptrum de Juda defecerit. i, 424, n. 25.  
 Septimo anno Christi Herodes mortuus est. i, 424, n. 25.  
 Christus non fuit unctus in morte sua, sed in conceptione sua, in qua fuit unctus divinitate. i, 426, n. 27.  
 Annus quo mortuus est Christus non fuit annus sabbaticus terræ. i, 427, n. 30.  
 Christus natus est olympiade 194, anno ejus secundo. i, 429, n. 31.  
 Christus passus est in quarto anno sabbatici, id est, in dimidio hebdomadis currentis et ordinariæ pro populo. i, 429, n. 31.  
 In Christo duplex fuit theologia, una acquisita sicut nostra, altera quæ pertinet ad donum sapientiæ. i, 495, n. 9.  
 Christus nobis est datus: primo, in exemplum; secundo, in auctorem gratiæ; tertio, in consummatorem gloriæ. i, 526, n. 45.

Humanitas Christi caret propria existentia, et consequenter non dicit ordinem ad illam. i, 559, n. 20.  
 In Christo nihil personalitatis creatæ remanet, quia totus ille modus terminandi et subsistendi in se, destruitur, et succedit alia terminatio subsistendi in alio. i, 562, n. 28.  
 Suppositum et natura se habent ut includens et inclusum, quod potest sumi dupliciter. i, 562, n. 29.  
 Personalitas propria posita assumptione ad alteram personam, corrumpitur eo modo, quo moralis entitas corrumpi potest. i, 562, n. 29.  
 In Christo invenitur natura secundum omnia prædicata quidditativa, et secundum singularitatem, non tamen secundum subsistentiam. i, 564, n. 34.  
 Christus ut homo prædestinatus est ad opera sibi præcepta, et tamen libere obedivit, et passus est. iii, 400, n. 1.  
 In Christo est justitia commutativa. iii, 536, n. 20.  
 Christi satisfactio ex qua justitia processerit. iii, 536, n. 20.  
 Christi oratio, et deficientia Petri quomodo conciliantur. iii, 657, n. 7.  
 Christus quorum fratrum dicatur primogenitus. iii, 667, n. 5.  
 Christus quomodo meruerit gratiam antiquis patribus. iii, 738, n. 29.  
 Ejus incarnatio, et merita sunt causa nostræ prædestinationis, ut tenet se ex parte nostra. iii, 742, n. 4.  
 Christi merita an fuerint causa electionis comparative sumptæ, et in individuo. iii, 744, n. 5.  
 Christus est minor Angeli via naturæ, non autem via gratiæ et gloriæ. iv, 566, n. 8, vide Ebion, Incarnatio et Filius Dei.  
 Christus est vere Deus, quidquid dicas Corinthus, vide æqualitas, æternitas et consubstantialitas.  
 Christus Dominus ab initio, seu in primo instanti suæ conceptionis meruit. iv, 896, n. 3.  
 Et fuit beatus et comprehensor. iv, 899, n. 7.  
 De Christo male sensit Servetus, vide Computenses et subjectio.  
 In Christo Verbum divinum posuit loco intellectus Apollinaris. v, 179, n. 25.  
 Animæ Christi nequit intelligere Dei communicari, ejus oppositum docuit Joannes de Ripa. v, 175, n. 15, vide Joannes de Ripa.  
 Christus est capax legis, et præcepti, quia est capax subjectionis in quantum homo. v, 266, n. 54.  
 Christus post resurrectionem suam vere comedit. v, 340, n. 21.



Christus rogabat Patrem, ut transiret ab eo calix, non resistendo divinæ voluntati, sed manifestando affectum erga mortem, ut ex causis particularibus dependentem. v, 551, n. 23.

Christi amor idemmet erat necessarius tangens Deum ut est in se, et erat liber tangens Deum respective ad creaturas, et quomodo. v, 319, n. 42.

Et talis actus quomodo sit liber supposito quod regulatur visione beata. v, 319, n. 42.

Christus in primo instanti dilexit Deum ut finem habuitque libertatem contradictionis, et meritum. v, 317, n. 8.

In Christo unam tantum voluntatem, et operationem ponebant Monothelita, et Macarius v, 179, n. 25.

Christus meruit per actum charitatis quatenus viator, sicut per actus aliarum virtutum. v, 319, n. 40.

Christi opera, si nec a gratia habituali, nec in ordine ad finem supernaturalem procederent, ex se non essent meritoria vitæ æternæ, nec pernaturalia, bene tamen ex parte personæ: nec sanctitatem formalem seu specificam haberent, sed personalem. v, 133, n. 54.

Christi opera quam libertatem habebant. v, 322, n. 51.

Christi impeccabilitas quomodo stet cum libertate contradictionis. v, 512, n. 3.

Christus est impeccabilis ab intrinseco. v, 322, n. 51.

Christus transfiguratus habuit claritatem solum circa superficiem corporis. v, 350, n. 52.

Penetratio corporis Christi cum utero virginis fuit indicium dotis subtilitatis, quam habebat. v, 344, n. 33.

Christus januis clausis ingrediens subtilitatis dotem ostendit. v, 344, n. 33; 345, n. 38.

Christus habuit agoniam ortam ex plenitudine considerationis, qua vidit oclusam omnem viam evadendi mortem. vi, 226, n. 2; 227, n. 3, vide agoniam.

Christi species licet sint plures angelicis, magis claræ sunt, et distinctæ. vi, 265, n. 32.

Christus habet virtutes morales. vi, 428, n. 41; 503, n. 6.

Christus non habet virtutem poenitentiae, cum omnino sit impossibile peccatum in ipso. vi, 508, n. 64; 539, n. 25, vide poenitentia, virtus et virtus moralis.

Christus habuit septem dona Spiritus sancti numerata. vi, 268, n. 70.

Christus habet scientiam infusam, qua cognoscuntur res per revelationem divinam

extra Verbum. Et aliquando usus est scientia infusa discursive. vi, 645, n. 35.

Christus non habuit fidem. Et quando Isai. xi dicitur de eo, quod: *Fides erit cinctorium renem ejus*, non accipitur ibi fides pro virtute theologica, sed pro fidelitate. vi, 702, n. 10.

Christus meruit tamquam consummator, et perfectior naturæ specialem gratiam nobis, ut bene intelligeremus. vi, 728, n. 14.

Christus mortuus est pro victoria cujuscumque tentationis, ut conducit ad salutem, et redemptionem. vi, 746, n. 29.

Christus per actus charitatis merebatur, et quomodo. vi, 907, n. 9.

Christus potuit aliis tantam gratiæ plenitudinem communicare, ut eorum meritum operaretur ad sacramentorum effectus; de facto tamen hanc potestatem non contulit. vi, 928, n. 4.

Christo nulla fit gratia, quod remittatur peccatum hominis incorporati cum illo; homini autem fit magna gratia, quod incorporaretur Christo. vi, 865, n. 8.

Christus potuit per actus suos mereri sibi gratiam habitualem, et gloriam, sed tamen de facto non ita contigit. vi, 865, n. 8.

Non est mentitus quando, euntibus discipulis in Emmaus, finxit se longius ire. vii, 69, n. 21.

Neque etiam quando dixit: Vos ascendite ad diem festum, ego non ascendam. vii, 70, n. 22.

In Christo neque mendacium, neque error potuit esse, et non est idem de morte. vii, 74, n. 48.

Christus tradidit Ecclesiæ potestatem designativam, seu electivam pontificis Ecclesiæ quidem proxime et formaliter, et ordinario modo, regulative autem, seu architectonice, et principaliter ipsi papæ. vii, 214, n. 3; 219, n. 12. Vide papa.

Christus immediate confert potestatem papalem pontifici electo, Ecclesiæ autem solum designat personam. vii, 218, n. 10.

Christus solum est mediator verus, et principalis. vii, 784, n. 24.

Christus nunquam votum emisit, et quare. vii, 870, n. 3.

Christus Ecclesiæ fundamentum, et caput in Apostolo Petro constituit. vii, 179, n. 9.

Ut passibilis fuit finis in primo signo efficaciter intentus. viii, 102, n. 25.

Fuit decretus ut redemptor supposita permissione peccati. viii, 266, n. 17.

Fuit prædestinatio post prævisionem lapsus dæmonis, et post prædestinationem Angelorum. viii, 112, n. 4; 273, n. 7.

Dicere quod in Christo est aliud et aliud neutraliter est error illorum, qui ponebant in

Christo duo supposita, et unam personam. viii, 53, n. 7.

Est finis omnis creaturæ, etiam quantum ad essentialia in ordine ad reparationem. viii, 114, n. 13.

Ista prædicatio: Christus est sua divinitas, et humanitas est vera tantum indentice, non vero formaliter. viii, 542, n. 51.

Est unus, non plures, vel duo masculine: est unum, et non plura neutraliter. viii, 532, n. 1, 2.

Tantum habuit unum esse. viii, 543, n. 1.

Respectu quorum sit caput explicatur. viii, 247.

Diverso modo Christus est caput quantum ad gratiam, atque Adam quantum ad peccatum. viii, 249.

Fuit caput Angelorum non quantum ad gloriam essentialia. viii, 115, n. 20.

Error est contra fidem negare Christum esse caput Angelorum. viii, 272, n. 3.

Est caput omnium personarum non quantum ad statum aliquem. viii, 268, n. 26.

Dicitur primus prædestinatus etiam respectu ad gloriam auctoritative, quia habuit supremam gloriam supra omnes Angelos. viii, 115, n. 20.

Ex unione ad Verbum non habet majorem potentiam obedientialem, quam alia. viii, 89, n. 29.

Christi humanitas per gratiam unionis non solum radicaliter, sed formaliter, et immediate fuit sanctificata. viii, 193, n. 11.

Hæc sanctificatio non fit immediate per naturam divinam, quatenus distinguitur a persona. viii, 193, n. 11.

Cum gratia habituali constitutus est Christus, caput proxime, et formaliter. viii, 260, n. 47.

Dupliciter concurret ad causandum in homine effectum interiorum, et in quantum Deus auctoritative, et in quantum homo meritorie, et physice instrumentaliter. viii, 254, n. 19.

Ad quadruplicem effectum exacta fuit gratia habitualis in Christo. viii, 204, n. 1.

Non fuit simpliciter necessaria ad valorem meriti Christi. viii, 204, n. 2.

Fuit simpliciter necessaria ad sanctificandam animam illius sanctitate accidentali. viii, 205, n. 6.

Similiter fuit simpliciter necessaria ad elicenda opera supernaturalia modo connaturali. viii, 205, n. 7.

Non est infinita in esse entis, est tamen infinita moraliter. viii, 226, n. 1.

Non potuit crescere in ratione principii in ordine ad effectus supernaturales. viii, 236, n. 1.

De potentia absoluta potuit augeri secundum augmentum intensivum. viii, 227, n. 7, 8, 9.

Nec potuit de potentia absoluta dari gratia alterius speciei a gratia Christi Domini viii, 227, n. 7, 8, 9.

Non potest crescere secundum unionem ad Verbum. viii, 230, n. 21, 22.

Fuit infinita syncategorematica. viii, 232, n. 21.

De facto gratia Christi fuit sublimior omni gratia producibili, secundum dispositionem præsentis status. viii, 233, n. 33.

Non potuit crescere per meritum Christi attemptata divina dispositione. viii, 235, n. 43.

Modus infinitatis illius non est aliquis modus physicus. viii, 239, n. 13.

Non est aliqua denominatio extrinseca. viii, 239, n. 16.

Ista moralitas gratiæ Christi entitative sumpta est finita; et terminative infinita. viii, 240, n. 21.

Non fuit data gratia habitualis Christo per resultantiam et dimanationem. viii, 242, n. 9.

Respicit humanitatem elevatam ut proprium, et connaturale subjectum. viii, 242, n. 9.

Est ejusdem speciei secundum quod est gratia capitis, et secundum quod est gratia particularis. viii, 250, n. 1.

Sortitur rationem gratiæ capitis ratione aliqujus intrinsecæ, et novæ perfectionis super entitatem gratiæ habitualis. viii, 253, n. 15.

Ex unione ad Verbum participat dignitatem infiniti valoris. viii, 254, n. 19.

Non concurret physice et principaliter ad causandam nostram gratiam. viii, 260, n. 41.

Ex se non est meritoria de condigno pro aliis. viii, 262, n. 55.

Considerata secundum suam naturam in Christo est multo perfectior nostra gratia; non autem considerata secundum quod est instrumentum ad nostram gratiam causandam. viii, 458, n. 31.

Spes quæ est virtus theologica non datur in Christo, nec quoad habitum, nec quoad actum. viii, 214, n. 1.

Actus spei communiter dictæ, fuit in Christo. viii, 215, n. 4.

Principium immediate elicitive spei in Christo, circa gloriam corporis in opinione probabilis fuit magnanimitas infusa. viii, 718, n. 18.

Secundum alteram opinionem principium fuit charitas. viii, 218, n. 18.

Duplex amor fuit in Christo, alter regulatus scientia beata, et alter scientia infusa. viii, 569, n. 13.

Actus charitatis regulatus scientia beata distinguitur specie materiali incompleta ab actu regulato scientia indita. viii, 319, n. 31.

Et si fuerint per accidens infusæ Christo,



non tamen potuerunt exercere suos actus a primo instanti suae conceptionis. viii, 206, n. 1.

Probabilius est habuisse virtutes morales infusas per accidens. viii, 207, n. 7.

Non solum iustitia, sed etiam virtutes morales, quae versantur circa passiones fuere perfectissime in Christo. viii, 210, u. 1.

Non fuere necessariae virtutes istae ad cohibendas pravas concupiscentias. viii, 212, n. 6, 7.

Non fuit in Christo. viii, 213, n. 11, 15.

Dimanavit in Christo ex gratia habituali prout conjuncta Verbo. viii, 78, n. 54.

Si humanitas dimitteretur a Verbo non remaneret in ipsa iustitia commutativa erga Deum. viii, 78, n. 54.

Duplicem habet dignitatem infinitam, scilicet denominative primam ex determinatione Verbi, secundam objective reddendo valorem infinitum. viii, 78, n. 54.

Fuit propria in Christo. viii, 68, n. 12.

Fuit in Christo. viii, 68, n. 12.

Ex sua specie nunquam reddebat ad aequalitatem cultum Deo, quia religio fundatur in iure creationis respectu humanitatis. viii, 83, n. 7.

Fuit infusa Christo Domino a primo instanti suae conceptionis. viii, 207, n. 7, 208, n. 14.

Fuit in Christo. viii, 221, n. 5.

Per suam virtutem naturalem non habuit potentiam ad immutandum proprium corpus extra communem usum naturae. viii, 463, n. 2.

Ut homo est causa principalis moralis gratiae. viii, 454, n. 14.

Omnipotentia non est communicata humanitati Christi. viii, 419, n. 1.

Et si subjective sit finita, terminative, et personaliter fuit infinita. viii, 58, n. 23.

Actio pure naturalis Christi non fuit capax valoris infiniti, sicut nec meriti. viii, 58, n. 23.

Prout egrediuntur a supposito divino non sunt sub dominio creditoris offensi, nempe Dei. viii, 73, n. 28; 75, n. 36.

Cum fuerint infiniti valoris tales actiones erant capaces satisfaciendi pluribus titulis inadaequatis diversarum virtutum. viii, 77, n. 46.

Omnis actio procedens a voluntate Christi deliberata est humana. viii, 560, n. 2.

Et actio procedens ab appetitu sensitivo. viii, 560, n. 2.

Nutritio et augmentatio poterant in ipso vocari actiones humanae. viii, 560, n. 2.

Actio Christi speciali modo dependentiae nempe suppositionis offerebatur ab ipso, quod in genere non dependebat ab aliis personis. viii, 75, n. 38.

Principium quod illarum operationum est suppositum. viii, 51, n. 1.

Efficienter physice procedunt a supposito mediante virtute ipsius naturae, cujus est suppositum. viii, 53, n. 7.

Suppositum tantum concurrebat ut terminus naturae. viii, 53, n. 7.

Fuit infinitus moraliter, non autem physice. viii, 56, n. 14.

Ad valorificata opera multis modis potest concurrere suppositum divinum. viii, 67, n. 7.

Omnis actus virtutis in Christo in quantum praecise procedebat a supposito illius erant dignitatis infinitae. viii, 63, n. 41.

Iste valor non convenit instrumentaliter operationi Christi. viii, 65, n. 49.

Nullum debitum potest exhaustire totam infinitatem valoris operum Christi. viii, 78, n. 53.

Iste valor est omnino aequalis in omni opere Christi. viii, 78, n. 53.

Ad satisfactionem Christi explendam intervenit pactum applicans illam ex parte Dei. viii, 79, n. 59.

Deus ut iudex tenetur judicare satisfactionem Christi ut omnino perfectam. viii, 80, n. 62.

Possent Deus posita satisfactione Christi negare homini donum gratiae. viii, 81, n. 65.

Etiam per opera cadentia sub praeccepto satisfecit de rigore iustitiae. viii, 76, n. 43.

Christus in quantum homo satisfecit statim pro supposito ratione naturae humanae. viii, 71, n. 22.

In tali casu maneret extincta injuria, non autem macula peccati. viii, 71, n. 22.

Satisfactio redemptiva generis humani fuit actus elicitive procedens a iustitia commutativa in Christo. viii, 82, n. 1.

Ex parte Dei non correspondet illi iustitia formalis, sed eminentialis. viii, 82, n. 1.

Etsi satisfactio Christi fuerit infinita, nostra tamen est necessaria tamquam applicans, tamquam imitans, tamquam causa secunda satisfactoria. viii, 593, n. 28.

Quia satisfactio Christi fuit exemplaris, debuit esse superabundans. viii, 59, n. 28.

Christus Dominus satisfecit ex toto rigore iustitiae. viii, 66, n. 3.

Satisfecit pro natura humana tamquam caput illius. viii, 81, n. 65.

Christus meruit per amorem regulatum scientia infusa. viii, 316, n. 19.

Potuit mereri praemium infinitum morale. viii, 59, n. 30.

Nihil meruit, nisi ut redemptor. viii, 254, n. 1.

De fide est Christum meruisse. viii, 560, n. 1.

Meruit non ex privilegio, et miraculo. viii, 560, n. 3.

Meritum Christi non fuit fundatum in aliqua extrinseca acceptatione Dei. viii, 560, n. 4.

Nec fuit necessarium pactum, licet de facio intervenerit. viii, 561, n. 5.

Suppositum concurrebat ad perfectionem valoris meritorii, et humanitas ad inferioritatem. viii, 561, n. 5.

Fuit ejusmodi meritum infinitum, et quia de rigore iustitiae, et quia meruit resurrectionem. viii, 66, n. 2.

Infinitas moralis meriti est intrinseca ipsi. viii, 56, n. 14.

Virtus merendi pro aliis radicaliter fuit a gratia unionis, proxime a gratia habituali. viii, 261, n. 50.

Meruit per actum charitatis. viii, 564, n. 10.

Fuit liber adimplendo praecceptum. viii, 580, n. 32.

Meruit resurrectionem suam tamquam praemium infinitum, et simul alia bona inferiora. viii, 581, n. 2.

Meruit in primo instanti suae conceptionis. viii, 581, n. 1.

Non meruit per actum regulatum scientia beata in illo primo instanti, sed per amorem regulatum per scientiam infusam. viii, 585, n. 16.

In illo primo instanti quantum ad sufficientiam meruit totum praemium. viii, 585, n. 16.

In illo primo instanti quantum ad applicationem non meruit. viii, 585, n. 16.

De facto non meruit, neque gratiam, nec gloriam animae. viii, 590, n. 4.

Nec etiam de potentia absoluta potuit illam mereri supposito modo, quo de facto habuit gratiam, et gloriam. viii, 591, n. 8.

Absolute tamen de potentia absoluta Dei utramque mereri potuit. viii, 591, n. 8.

Per operationes naturales morales potuit mereri praemium supernaturale. viii, 593, n. 18.

Non meruit gratiam per dispositionem, qua se disposuit ad suam sanctificationem. viii, 593, n. 27.

Meruit gloriam sui corporis, et exaltationem sui nominis. viii, 598, n. 3.

Omnino dispositiones, et motus praecedentes, et concomitantes gratiam meruit nobis Christus. viii, 600, n. 1.

Raro meruit Christus vitam corporalem alicui. viii, 600, n. 1.

De fide Christum habuisse cognitionem creatam. viii, 291.

Scientia per se infusa ponenda est in Christo. viii, 334.

Per scientiam inditam cognovit Christus illa, quae per revelationem hominibus innotescunt. viii, 334, n. 6.

Cognovit evidenter quoad an est per hanc scientiam mysterium sanctissimae Trinitatis. viii, 374, n. 6.

Cognita quidditative visione beata, cognoscitur a Christo per scientiam inditam mysterium Trinitatis evidenter. viii, 375, n. 10.

Per hanc scientiam cognovit Christus futura. viii, 379, n. 1.

Non cognovit intuitive futura per scientiam inditam. viii, 384, n. 20.

Cognovit res naturales. viii, 389, n. 1.

Cognovit omnia individua per scientiam inditam. viii, 394, n. 1.

Potuit per hanc scientiam Christus ad libitum discurrere. viii, 394, n. 1.

Non indignit conversione ad phantasmata utendo hac scientia. viii, 395, n. 2.

Potuit tamen ad aliqua se convertere. viii, 395, n. 2.

Scientiae inditae habitus distinctus est ab speciebus. viii, 407, n. 1.

Sunt plures habitus specie distincti in quibus dividuntur scientia indita. viii, 412, n. 19.

In Angelis non dantur plures habitus scientiae. viii, 415, n. 31.

Fuit dispositio scientia indita ad scientiam beatam per modum effectus illius. viii, 595, n. 29.

Scientia increata reperta in Christo non confundit scientiam creatam. viii, 291, 292.

Ratione hujus scientiae infusae dicitur Christus propheta ex connotatione ad statum viatoris. viii, 386, n. 30.

Haec scientia infusa fuit in Christo per modum habitus. viii, 317, n. 23.

Videtur esse de fide Christum habuisse scientiam beatam. viii, 294.

Per se ponenda est in Christo. viii, 326, n. 22.

Per hanc scientiam non cognovit Christus quidditative substantias separatas. viii, 328, n. 31.

Nec perfectius intelligebat quam Adam. viii, 329, n. 35.

Non pertinet ad perfectionem hujus scientiae, quod inspiciat species immediate representantes res. viii, 330, n. 42.

Ad hanc scientiam perfecte habendam potuit Christus uti ministerio Angelorum. viii, 331, n. 46.

Christus assumpsit defectus corporales. viii, 477, n. 1.

Ante resurrectionem non assumpsit virtutem glorificandi corpus. viii, 466, n. 18.



Defectus corporales assumpsit voluntarie. viii, 475, n. 1.  
 Non ex debito peccati originalis. viii, 476, n. 1.  
 Ita erat temperatus Christus Dominus, ut non potuerit usque ad tempus triginta trium annorum aliquem morbum pati. viii, 477, n. 1.  
 Absolute potuit subjici alicui morbo. viii, 478, n. 10.  
 Etiam de potentia Dei absoluta peccare non potuit Christus. viii, 480, n. 1.  
 Fuit impeccabilis præcise ratione unionis hypostaticæ. viii, 483, n. 13.  
 Potuit mori, non tamen peccare. viii, 487, n. 29.  
 Non potuit pati interiores tentationes carnis. viii, 495, n. 16.  
 Nullus fuit in eo motus sensualitatis præveniens rationem. viii, 552, n. 1.  
 Fomes non fuit in Christo. viii, 493, n. 1.  
 Neque in actu primo, nec ligatus fuit in eo, sed simpliciter extinctus. viii, 494, n. 6.  
 Nec potuit esse in Christo etiam de potentia Dei absoluta. viii, 494, n. 6.  
 Fuit extinctus ratione virtutum conjunctarum cum gratia unionis. viii, 496, n. 25.  
 Christus habuit duas voluntates. viii, 545, n. 4.  
 Fuit in eo voluntas sensualitatis. viii, 552, n. 1.  
 Voluntas humana sumpta pro potentia solum fuit una. viii, 553, n. 1.  
 Fuit in eo liberum arbitrium. viii, 553, n. 2.  
 Non fuit in eo contrarietas voluntatum. viii, 557, n. 1.  
 Dupliciter potest dici efficax. viii, 466, n. 2, 3.  
 Voluntas efficax Christi in modo efficaci distinguitur a modo efficaci voluntatis Dei. viii, 466, n. 3.  
 Voluntas efficax Christi respectu faciendorum a se semper fuit efficax. viii, 466, n. 3.  
 Voluntas Christi tendens ad objectum cum omnibus circumstantiis semper fuit impleta. viii, 467, n. 5.  
 Voluntas efficax secundum quid non semper fuit impleta. viii, 467, n. 5.  
 Hæreticum est asserere Christum etiam ratione humanitatis esse filium adoptivum. viii, 611, n. 9.  
 Ratione, qua usus est Angelicus doctor, utitur Concilium Francofordiense ad probandum Christum non fuisse filium adoptivum. viii, 609, n. 3; 616, n. 17.  
 Christus dicitur servus absolute. viii, 659, n. 1.

Hæc servitus competit ipsi non ratione personæ, sed naturæ. viii, 629, n. 3.  
 Christus est Filius naturalis Patris æterni, etiam prout in natura humana. viii, 636, n. 35.  
 Non Filius naturalis totius Trinitatis. viii, 635, n. 28.  
 Hoc unitum: Deus factus est homo, ab æterno est prædestinatum. viii, 644, n. 11.  
 Personæ Christi convenit prædestinari ratione humanæ naturæ. viii, 70, n. 17.  
 Hæc propositio: Christus est prædestinatus, absolute est vera. viii, 644, n. 13.  
 Filius Dei non potest dici prædestinatus, nisi cum addito. viii, 644, n. 13.  
 Christus dicitur primus prædestinatus respectu Angelorum, et hominum diversimode. viii, 275, n. 15.  
 Gratia prædestinationis non fit Verbo, sed humanæ naturæ. viii, 651, n. 38.  
 Prædestinatio nostra, et Christi tantum conveniunt analogice. viii, 659, n. 15.  
 Filius Dei ut subsistens in natura humana prædestinatus est ut sit Filius Dei. viii, 660, 47.  
 Prædestinatio Christi est proprie prædestinatio. viii, 661, n. 25.  
 Ista propositio est verissima: Christus prædestinatus est in Filium Dei; non autem hæc: Christus est factus Filius Dei. viii, 663, n. 37.  
 Prædestinatio Christi est unus actus formaliter, et virtualiter multiplex. viii, 666, n. 48.  
 Hæc propositio est vera: Christus in quantum homo est Filius Dei, non sumpto ly in quantum reduplicative. viii, 667, n. 54.  
 Antecessio, quam importat iste terminus prædestinatus, non refertur ad personam Christi secundum seipsam, sed ratione humanæ naturæ. viii, 670, n. 65.  
 Prædestinatio appellat supra dictum intellectus. viii, 670, n. 66.  
 Filius prout incarnatus est subjectum prædestinationis, et terminus illius est filiatio naturalis. viii, 687, n. 67.  
 Explicatur prima conditio prædestinationis Christi, nempe quod sit gratiosa. viii, 689, n. 63.  
 Explicatur secunda, scilicet præcedentia. viii, 694, n. 84.  
 Christus fuit sanctificatus. viii, 492, n. 8.  
 Christus fuit sacerdos offerens pro nobis sacrificium. viii, 457, n. 26.  
 Modo concurrunt instrumentaliter physice ad causandam nostram justificationem. viii, 432, n. 38.  
 In morte Christi consummatum est omne meritum. viii, 265, n. 16.

Purgat quæ in cælis a nescientia, et quæ in terris a peccato. viii, 284, n. 59.  
 Christi passio futura, causa finalis gratiæ patrum, non efficiens; ipsa existens, etiam efficiens et causa physica, non solum moralis. Ejus resurrectio causa efficiens nostræ resurrectionis. ix, 138.

## CHRYSOSTOMUS.

D. Chrysostomus fuit magister Cassiani. ii, 653, n. 22.  
 Nonnulli imponunt D. Chrysostomo quod censerit cum Massiliensibus initium justificationis, et gratiæ esse ex nobis. ii, 653, n. 22.

## CIBUS.

Animalia carnivora in arca Noe, non comedebant alia animalia, sed de omnibus escis quæ mandi poterant, et quas Noe in arcam introduxerat sustentata sunt. ii, 757, n. 10.  
 Ante diluvium homines non vescebantur cibis ex carnibus. ii, 757, n. 10.

## CICURATIO.

Cicuratio tauri in Hispaniæ oppido de las Brozas fieri solita. vii, 953, n. 1.  
 Cicurationis tauri apud Hispanos Civitenses mos et solemnitas originem traxisse videtur ab Ægyptiis. vii, 343, n. 14.  
 Cicuratio tauri in D. Marci evangelistæ solemnitas celebrari solita incantationis effectus est, et superstitiosa religio. vii, 968, n. 19.  
 Cicuratio tauri in honorem D. Marci damnata a Clemente VIII. vii, 969, n. 20.  
 Cicurationis tauri stylus et solemnitas longe a miraculi majestate recedit. vii, 969, n. 21.  
 Cicuratio tauri non ducit ad Ecclesiæ utilitatem, aut venerationem. vii, 970, n. 22.  
 Cicurationis stylus, et ceremoniæ inanitates miraculi ostendunt, et vergunt in maximam religionis christianæ irrisionem, criminosa Ecclesiæ indecentiam. vii, 970, n. 22.

## CIRCUMCISIO.

Circumcisio et legis naturæ remedium, gratiam parvulis conferebant ex opere operato passive, adultis solum ex opere operantis, per fidem Jesu Christi, nec aliter reliqua vetera sacramenta. ix, 309.  
 Quid hæc differant. Opus operatum active sine efficientia physica. ix, 315.  
 Circumcisionem characterem impressisse Scoti opinio. ix, 381.

## CIRCUMINSESSIO.

Circuminsessio est reciproca et mutua existentia unius Personæ divinæ in alia. iv, 430, n. 14.

## CIRCUMSTANTIA.

Circumstantia etiam potest esse finis, videtur actus, finis interior, etc. etc.  
 Finis ultimus respectu cujusque actionis est circumstantia. v, 111, n. 7.  
 Circumstantiæ quare numerentur potius in actibus voluntatis, quam aliarum potentialiarum. v, 446, n. 6.  
 Circumstantiæ proprie ad exercitium actus pertinent. v, 446, n. 7.  
 Circumstantiæ agentium necessariorum solum materialiter circumstant, non formaliter. v, 446, n. 8.  
 Circumstantiæ istæ, de quibus agitur a theologis non accidunt actui prout in esse physico, sed morali. v, 447, n. 11.  
 Circumstantia quomodo, et quando transeat in conditionem objecti. v, 449, n. 13; 868, n. 15; 844, n. 24.  
 Et quomodo in ratione differentia essentialis. v, 449; 868, n. 15; 844, n. 24.  
 Circumstantia manens talis aliquando superaddit novam speciem moralem accidentalem, aliquando solum modum aggravationis, quæ omnia exemplis declarantur. v, 449, n. 13; 844, n. 24.  
 Quomodo id quod est circumstantia respectu electionis, sit objectum respectu intentionis. v, 450, n. 16.  
 Circumstantiæ sunt septem, et explicantur. v, 454, n. 20.



Circumstantia objectum est actus moralis, sed non specificativum, sed accessorium. v. 674, n. 52.

Circumstantia est accidens actui morali non solum in specie, sed in individuo. v. 677, n. 8.

Aliquæ circumstantiæ omni actui morali debent competere. v. 678, n. 42.

Circumstantia non potest facere bonum actum moralem, alias malum ex objecto, bene tamen e contra, et tunc transit in conditionem objecti. v. 775, n. 47.

Circumstantia transiens in conditionem objecti essentialis actus jam non manet circumstantia. v. 842, n. 19.

Circumstantia dans solum speciem accidentalem, accidentalis quidem est respectu primariæ speciei, cui supervenit, essentialis tamen respectu speciei, quam constituit. v. 842, n. 19.

Circumstantia tunc solum transit in conditionem objecti, et dat speciem essentialem quando est mala, et advenit actui bono, vel quando est bona vel mala, et advenit actui de se indifferenti. v. 843, n. 22, 23.

Circumstantiæ, quæ per se connectuntur cum objecto, faciunt ex se ipsis, et specie essentiali objecti, quatenus afficiuntur ab eo, unam rationem essentialem specificam, non autem id faciunt circumstantiæ, quæ non connectuntur cum objecto, sed istæ tantum dant actui accidentalem speciem. v. 849, n. 39; 850, n. 44; 852, n. 50.

Circumstantia bona ut specificet, non debet præsupponere aliam bonitatem, et quare. v. 857, n. 66.

Circumstantia mala adjuncta quomodo augeat malitiam, etiam desumptam ex objecto essentialis actus. v. 868, n. 15, vide malitia.

Circumstantia mala minor aggravare potest magis malitiam essentialem actus desumptam ex objecto, quam circumstantia mala major. v. 868, n. 15.

Circumstantia mala, etiam indirecte volita, potest transire in conditionem objecti, et dare speciem essentialem actui. v. 857, n. 66.

Circumstantia quis datur in omni actione. v. 409, n. 2; 883, n. 17.

Circumstantia quis a nemine posse ignorari quomodo intelligatur secundum Aristotelem. v. 453, n. 24.

Circumstantia quid est effectus, seu damnum, quod ex actione consequitur. v. 453, n. 25, vide eventus.

Circumstantia quando, vel temporis non est aggravans, nec necessario confitenda in sacramento penitentiae, quia consumptio

temporis ex se non est peccatum mortale, nisi alias, etc. v. 883, n. 17.

Circumstantia personæ quomodo, et quare variet specificè essentialiter species luxuriæ. v. 849, n. 39; 850, n. 44, vide luxuria et persona.

Circumstantia durationis temporis nequit dare bonitatem, vel malitiam infinitam, nisi tantum in potentia. v. 872, n. 28, vide continuatio et duratio.

Circumstantia quantitatis materiæ, et durationis temporis solum sunt aggravatiæ intra eandem speciem actus moralis. v. 840, n. 13.

Circumstantia quantitatis in furto verbi gratia, tantum est aggravans, et quare. v. 864, n. 2, vide quantitas.

Circumstantia quantitatis ratione ablationis rei alienæ constituit peccatum mortale aliquando, non tamen ratione sui. v. 866, n. 12.

Circumstantia diei festi in eo qui peccat, nisi adsit contemptus festi, vel scandalum, nec aggravans est, nec est necessario confitenda. v. 883, n. 17.

Circumstantia loci sacri quare non præcise est aggravans in furto verbi gratia. v. 864, n. 3.

Circumstantia contemptus legis, et inobediendiæ præcepti est generalis conditio cujusque peccati, non circumstantia specialis. v. 867, n. 13.

Circumstantia frangendi plura præcepta circa eandem materiam, et speciem actus se habentia non est aggravans, ut fractio jejunii verbi gratia in die quadragesimali, qui simul est vigilia alicujus sancti, et similia: secus est si præcepta sint diversæ rationis, ut fractio castitatis voto alias firmatæ, nam tunc etiam mutatur species talis circumstantiæ. v. 883, n. 15.

Circumstantiæ fractivæ præceptorum ad diversas virtutes pertinentium, distinctam malitiam specie afferunt. v. 883, n. 15.

Circumstantia aggravans, vel minuens in quo differt a circumstantia specificante essentialiter, vel accidentaliter. v. 864, n. 2.

Circumstantia aggravans non addit malitiam numero distinctam, sed majorem extensionem, vel intentionem solum. v. 867, n. 14; 871, n. 25.

Circumstantia aggravans per modum multiplicationis, quæ sit. v. 871, n. 24.

Circumstantia aggravans faciens peccatum de veniali mortale, confitenda est in sacramento penitentiae. v. 879, n. 3.

Circumstantia minuens peccatum de mortali in veniale non est necessario confitenda in sacramento penitentiae. v. 879, n. 4.

Circumstantiæ pure aggravantes debent confiteri necessario in sacramento penitentiae. v. 880, n. 8.

Ex circumstantiarum aggravantium notitia dependet necessario quod confessarius medicinam adhibeat penitenti. v. 881, n. 12.

Circumstantiæ alleviantes peccata quando debeant confiteri, et quando non. v. 882, n. 13, 14.

Circumstantiæ pure aggravantes etiam speciem mutant, non quidem moralem, sed theologiam. v. 884, n. 18.

Circumstantiæ aggravantes confitendæ necessario quæ sunt. v. 883, n. 15.

Circumstantia scandali, vide scandalum.

Circumstantiæ plures concurrentes in uno actu quomodo judicandæ sint circa dandam speciem essentialem, vel accidentalem. v. 852, n. 51, vide injustitia, irreligio, luxuria et persona.

Circumstantiæ plures disparate se habentes, ita ut quælibet illarum possit dare speciem moralem actui, pluribus actibus internis electionis debent attingi, uno tamen externo attingi possunt. v. 852, n. 51.

Circumstantiæ quomodo pertinent ad actum interiorem. vi, 18, n. 11.

Ut aliqua circumstantia mutet speciem non est necesse quod ex intentione illius fiat actus. vii, 577, n. 7.

## CLARITAS.

Claritas est dos corporis gloriosi tribuens transparentiam, et nitorem, et lucem illi. Quæ lux ejusdem speciei est cum luce nostra. v. 853, n. 52.

Claritas corporis gloriosi visibilis est ab oculis etiam non gloriosis. v. 351, n. 55.

Claritas corporis gloriosi supernaturalis est quoad causam sui, non quoad suam speciem. v. 353, n. 59.

Claritas, seu lux prædicta in quo sensu sit major luce solis. v. 353, n. 60.

Claritas ista derivatur ex gloria animæ. v. 355, n. 66, vide dotes corporis gloriosi.

## CLAVIS.

Clavis ordinis solis sacerdotibus convenit, clavem vero jurisdictionis, etiam qui non sunt sacerdotes, possunt habere. vii, 214, n. 3.

## CLEMENS.

Clemens papa designatus fuit a D. Petro in successorem. vii, 214, n. 3.

Ipsè tamen postea cessit et renuntiavit designationi Petri, in cujus locum electus est Linus. vii, 214, n. 3, vide sanctus Petrus.

## CLEMENTIA.

Clementia est pars potentialis temperantiæ. vi, 488, n. 4, vide temperantia.

## CLERICUS.

Clerici in minoribus constituti non obligantur ad recitandum officium divinum. vii, 816, n. 1.

Neque obligantur recitare aliquid loco officii. vii, 816, n. 2.

In sacris autem constituti tenentur ad officium recitandum. vii, 817, n. 3.

Clericus in sacris, si dispensetur, ut matrimonium contrahat, non liberatur ab onere recitandi. vii, 90, n. 8.

Clerici in susceptione sacri ordinis solum obligantur servare castitatem ex jure humano pontificio. vii, 881, n. 2.

Unde votum, quod in susceptione sacri ordinis emittunt, dispensari potest. vii, 881, n. 2.

## CLERUS.

Apud clerum Romanum, præsertim apud cardinales, ab exordio Ecclesiæ fuit potestas eligendi papam directe, et per se. vii, 224, n. 22.

Clerus quantum valeat suis orationibus contra hostes. vii, 929, n. 4.

## COACTUS.

Coactum quid sit, et in quo differat a violento. v. 408, n. 8.



## COÆVUS.

Quatuor sunt coeva, id est, simul creata: natura angelica, cælum empyreum, materia corporalis informis informitate accidentali, id est, sine formositate et ornatu. ii, 700, n. 23.

## COELUM.

Cælum imprimit mari virtutem, ad motum fluxus, et refluxus quæ virtus non potest recipi in ipso cælo, sed in mari, non tamen potest oriri ex mari, sed ex cælo. ii, 293, n. 24.

Nomine cæli intelliguntur omnia corpora superiora, quæ cælestem substantiam participant ab orbe lunæ, usque ad cælum corporeum. ii, 689, n. 9.

Sunt decem spheræ mobiles et rotundæ quæ moventur circulariter. ii, 689, n. 9.

Cælum empyreum est immobile et quadratum. ii, 689, n. 9.

Cælum est incorruptibile et intransmutabile in elementa. ii, 689, n. 10.

Quando dicitur numero 12 quod cæli sunt solvendi aut exurendi, sensus est quod solventur quantum ad mutationem accidentalem, secundum quod dicitur Isai. 66, et Apoc. 21, quod creabuntur cæli novi, et nova terra; sed quantum ad substantiam cælum et terra non corrumpentur. ii, 691, n. 14.

Cælum empyreum est creatum a Deo sine aliqua informitate, sed omnino perfectum. ii, 97, n. 35.

Cælum empyreum debuit ferri per creationem sicut cætera corpora cælestia, et elementa, cum sit multo perfectius illis. ii, 97, n. 35.

Cælum empyreum superat magnitudine reliquos orbis, cum sit supra omnes. ii, 97, n. 35.

Cælum empyreum non est subjectum motui et tempori, cum non moveatur neque in se, neque ab alio cælo. ii, 98, n. 36.

Cælum empyreum licet non moveatur, tamen in corpora mobilia influit aliquid pertinens ad permanentiam, et virtutem conservandi res inferiores, ut scilicet species rerum, et status iste duret, aut etiam aliquas qualitates occultas quæ ad majorem illius cæli dignitatem pertineat. ii, 700, n. 21.

Corpori cælesti non convenit habere qualitates contrarias, quia non est generabile, neque corruptibile. ii, 702, n. 5; 714, n. 2.

Cælum est primum principium alterans, ad quod cætera corpora alterativa reducuntur. v, 105, n. 39.

Cælum non venit in compositionem corporis humani. v, 334, n. 6.

Cælum non est corpus fluidum, sed solidum. v, 341, n. 24.

Cælum non pateretur violentiam quiescendo per cessationem motus Angeli. v, 418, n. 36; 420, n. 41; 423, n. 48.

An motus cæli sonum musicum edant, disquiritur late. vii, 903, n. 1.

Varia dicta de isto sono afferuntur. vii, 904, n. 3.

Non esse talem sonum probatur. vii, 906, n. 6.

## COEXISTENTIA.

Coexistentia est dispar ratio inter coexistentiam Angeli ad partes temporis et ad partes spatii. iv, 670, n. 21.

## COGITATIO.

Cogitationes cordis cur Angelus non cognoscat naturaliter, cum sit ens creatum, naturale et finitum. iv, 831, n. 1; 832, n. 3, vide concursus et scrutor corda.

Quomodo unus Angelus cogitationem possit cognoscere. iv, 1040, n. 15; 1042, n. 18; 1045, n. 21; 1047, n. 24.

Cogitatio sancta, vide gratia actualis operans, gratia actualis cooperans et Pelagius.

## COGNITIO.

Cognitionis veritas unde petenda. iii, 131, n. 11.

Sui utrum Angelus se cognoscat, et quomodo se cognoscat. iv, 749, n. 4, vide reflexio sui.

Triplex est genus cognitionis: prima respicit existentiam: secunda quidditatem: tertia totalitatem objecti. iv, 787, n. 1.

Cognitio sumitur dupliciter. iv, 105, n. 16, vide notitia.

## COGNOSCO.

Cognitio duplex, scilicet abstractiva et intuitiva. iv, 856, n. 14.

Cognitio comprehensiva est in Angelis respectu rerum omnium naturalium, non autem respectu entis supernaturalis, et divini, et moralis seu liberis. Ens enim morale, seu liberum (scilicet cogitationes cordis) et ens supernaturale, et divinum non comprehendunt. iv, 790, n. 5, vide futurum.

Ex hoc quod substantia aliqua est intellectualis, est comprehensiva, id est, assecutiva totius entis, quod subest suæ cognitionis. iv, 800, n. 22.

In cognitione comprehensiva alius est modus ex parte cognoscentis, et alius ex parte rei cognitæ. iv, 787, n. 1.

Potest Angelus non comprehensive procedere. iv, 886, n. 23.

Quidam tenent Angelum inferiorem comprehendere superiorem. Quidam autem id negant. Quidam mediam viam sequuntur. iv, 791, n. 8.

Angelus et se videt, et se comprehendit naturaliter, non autem Deum. iv, 787, n. 4; 791, n. 8.

Cognitio divina non specificatur formaliter, nec constituitur in ratione divinæ, per hoc quod sit productiva verbi, sed ex hoc quod sit actus purus. v, 459, n. 16.

Ad cognitionem intuitivam requiritur attinentiæ existentiæ et suppositi. v, 460, n. 17.

Verbum non dicitur genitum nisi per cognitionem rationalem, et in quantum redditur rationaliter cognitum. v, 462, n. 23.

Quamvis nulla cognitio creaturæ sit de substantia beatitudinis quasi beatificans, tamen aliqua creaturæ cognitio pertinet quasi necessaria ad aliquem actum beati. v, 369, n. 1.

Cognitio Dei per fidem non est vita æterna formaliter, sed visio. v, 163, n. 3.

Cognitio creata omnium creaturarum nequit esse beatitudo. v, 166, n. 9, 10.

Cognitio intellectus, vide intellectio, intellectus et visio.

Cognitio perfectior est dilectione. v, 233, n. 33.

Cognitio intuitiva, vide intuitiva cognitio.

Cognitio sensuum externorum, vide sensus externi.

Cognitio perfecta finis qualis est. v, 367, n. 5.

Cognitio rationis finis quid requirat. v, 382, n. 50.

Cognitio mystica, vide theologia mystica.

Natura cognoscens elevatur supra non cognoscentem in peculiari modo recipiendi alia a se, seu perfectiones aliorum. ii, 424, n. 12.

Verbum non dicitur imago respectu cuiuscumque objecti quod in se representat, vel cognoscitur a Patre, sed respectu ejus quod habet munus et officium speciei fecundantis, et per modum principii se habentis in intellectu, ut exprimat verbo. ii, 62, n. 15.

Deus non solum ad cognoscendum se, sed etiam ad cognoscendum creaturas, non solum utitur lumine, et virtute intellectiva infinita, sed etiam specie non quidem creata, sed increata. ii, 467, n. 14.

Divina essentia se habet ut species, ad cognoscendum ipsum Deum, et ad cognoscendum creaturas modo intellectivo, sed simplici manifestatione, sicut in speculo representatur imago, et sic habet magis modum speciei. ii, 473, n. 23.

Deus abstractivè cognoscit creaturas possibili. ii, 481, n. 7.

Medium cognoscendi est duplex, aliud quo, id est, species representativa, aliud in quo seu per quod, scilicet in quo continetur, vel a quo causatur sive se habeat per modum imaginis, aut signi, vel etiam per modum conditionis, aut connotati, cum quo habeat connexionem aliquam id quod cognoscitur. ii, 491, n. 13.

De fide est Deum cognoscere mala, et negationes. ii, 504, n. 21.

Deus ex parte rei cognitæ non cognoscit privationes et negationes, ut destructivas aliarum immediate per suam essentiam, sed mediante aliquo positivo creato, quod ad intelligentiam earum omnino requiritur. ii, 507, n. 5.

Deus non dicitur mediatum principium, et ratio cognoscendi mala, et privationes in illa serie et linea, qua a creaturis originantur defective, et sic fundantur in eis ut deficientibus. ii, 508, n. 8.

Mala cognoscuntur per bona, sicut res per suas definitiones, non sicut conclusiones per sua principia. ii, 508, n. 8.

Privatio non cognoscitur nisi per habitum oppositum. ii, 508, n. 8.

Deus potest cognoscere mala seu privationes, secundum quod a nostro intellectu formantur, vel cognoscuntur ad modum entis rationis, non tamen Deus format hujusmodi entia rationis, ex eo quod tales



privaciones cognoscat, vel formatas a nostro intellectu ad modum entis intelligat, ii, 509, n. 9.

Deus non solum cognoscit mala et privationes ratione sui fundamenti, seu ut se tenent ex parte fundamenti, vel subjecti, sed ut in re se habent. ii, 514, n. 15.

Nam Deus cognoscit peccato. ii, 514, n. 17.

Deus cognoscit mala et privationes non solum actu, et iudicio dissensus, aut negativo actu, sed et iudicio positivo assensus, quando in illis invenit veritatem, quæ est capax veri et perfecti assensus. ii, 519, n. 25.

Deus cognoscit infinita accidentia, quia per totam æternitatem durabunt, Angeli et hominis qui varios conceptus elicient, et sic erunt infiniti, Deus hos omnes cognoscit simul ex parte cognoscentis, successive ex parte hominum. ii, 521, n. 29.

De fide est Deum futura contingentia certo cognoscere. ii, 524, n. 5.

Deus non cognoscit decretum suum liberum ut futurum, pro quocumque signo in quo consideretur. ii, 537, n. 15.

Deus cognoscit peccatum, quantum ad id quod est privationis et defectus in decreto permissivo; quantum vero ad id quod entitativum est, cognoscit in decreto concurrenti positive cum illo actu. ii, 546, n. 11.

Res sunt presentes in æternitate, ut possunt intuitive cognosci a Deo in se ipsis et non solum prout sunt in causis. ii, 549, n. 2.

Implicat in terminis quod cognoscantur omnia possibilis, et non cognoscantur omnes modi et rationes effectuum. ii, 364, n. 21.

Visis omnibus possibilibus in Deo, non restat aliud cognoscendum in potentia ejus, et consequenter in essentia ejus. ii, 368, n. 32.

Ad Angelorum beatitudinem pertinet, ut cognoscant omnes quæ suo committuntur officio. ii, 369, n. 1.

Ad sanctorum beatitudinem pertinet, ut cognoscant omnes qui eorum beneficia implorant. ii, 369, n. 1.

Si beatus non cognosceret ea, quæ ad suum statum pertinent non haberet summam felicitatem. ii, 370, n. 2.

Cognoscere unum per aliud quando non est imperfectum. iii, 51, n. 55.

Cognoscere in actu exercito et signato quid. iii, 120, n. 18.

## COLLECTIO.

Collectio tota creaturarum non est attingibilis extra Verbum. v, 165, n. 8.

Nec per plures species creatas nec per unam perfectam cognitionem. v, 166, n. 9.

Collectio creaturarum cognita, vide cognitio.

## COLLEGIUM.

Collegium ecclesiasticum non censetur extinctum neque redire ad sæcularem principem per defectum omnium, qui sunt de collegio. vii, 927, n. 1.

## COLLIGATIO.

Colligatio potentiarum, vide sympathia.

## COLOR.

Color, visibilitas et lux quomodo se habeant respectu visus. v, 4, n. 6; n. 10.

Color corporis gloriosi qualis erit, vide corpus gloriosum.

Color quid sit? v, 354, n. 64.

Colores concurrunt effective cum luce ad producendas species intentionales visus secundum probabilem sententiam. vi, 387, n. 4. Vide species intentionales.

## COLORATUS.

Colorata omnia unius generis sunt in movendo visum reducta ad unum principium visibilitatis, quod est lux. v, 105, n. 39.

Et quomodo hoc sit. v, 106, n. 41.

## COLUMBA.

Columba quæ apparuit in Jordane non fuit creata sed educta. viii, 432, n. 36.

## COMMISSIO.

Commissio, vide peccatum commissionis.

## COMMUNICABILIS.

Essentia divina secundum se est communicabilis tribus Personis. iv, 261, n. 21.

## COMMUNICABILITAS.

Universale dicit communicabilitatem, singulare autem dicit incommutabilitatem. iv, 236, n. 1; 237, n. 3.

Individuum, seu persona triplicem excludit communicabilitatem: primo universalis ad inferiora, secundo partis ad totum, tertio assumptibilis, seu terminabilis, ultimi termino ad aliquid dignius. iv, 237, n. 4.

Non datur intra Deum communicabilitas per compositionem aut sessionem unius cum alio, sed per summam simplicitatem et identitatem. iv, 72, n. 11.

## COMMUNICO.

Dupliciter potest forma aliqua, seu esse communicari. Uno modo ob indigentiam sui, alio modo ex abundantia sui. iv, 263, n. 23.

Pater æternus communicat totam essentiam suo Filio, sed non totaliter, totam enim eam communicat, quantum ad quid, non autem totam, quantum ad aliquid. iv, 205, n. 1.

Communicatur esse a se in divinis. iv, 49, n. 23.

## COMMUTATIVUS.

Commutativum non potest esse inter Deum et homines. iii, 537, n. 21.

## COMMUTO.

Quando votum commutatur in aliam materiam, tenetur servare illam qui emisit votum ex vi voti quod antea emisit. vii, 882, n. 6, vide votum.

## COMPENSATIO.

Compensatio beneficii fit per gratitudinem, et fieri potest secundum formam justitiæ tam distributiæ quam commutativæ, et quomodo. vi, 907, n. 11, vide justitia commutativa et justitia distributiva.

## COMPLACENTIA.

Complacencia simplex quid, et ad quid dirigatur. iii, 883, n. 17.

Complacencia simplex quomodo fertur in objectum sub ratione existentis et esse. iii, 298, n. 40.

## COMPLUTENSES.

Arguuntur Complutenses temeritatis dicentes Christum in sua sanctificatione dici Filium Dei naturalem respectu totius Trinitatis, et non solius Personæ Patris, per hoc solum quod sanctificatur, etc. iv, 167, n. 36; 168, n. 39.

## COMPONO.

Utrum Angeli componantur. Respondetur quod componuntur non physice, sed metaphysice. iv, 703, n. 20; 580, n. 10, vide simplicitas.

Componere et dividere non spectat ad Angelum. iv, 862, n. 27.

Quid sit componere. iv, 864, n. 30.

Compositum fit ex partibus, et tamen non desinit creari. iv, 486, n. 1.

Fit enim ex partibus constituentibus, non fit autem ex eis, tamquam ex subjecto, a quo educatur aliquid; aut tamquam ex



termino a quo, qui relinquantur, iv, 486, n. 1, vide divisio et productio.

## COMPOSITIO.

Compositionis et divisionis actus apprehensio et iudicium. iii, 118, n. 11.

Compositio quibus speciebus formanda. iii, 129, n. 33.

Compositio ut est secunda mentis operatio est coaptatio subjecti ad prædicatum. iv, 864, n. 30.

Ad compositionem et divisionem non sufficit pluralitas specierum. viii, 406, n. 26.

## COMPREHENDO.

Nulla est creatura, quæ non possit comprehendere meliorari a Deo secundum accidentales perfectiones. ii, 56, n. 10.

Inter omnes rationes quibus patres, et Ecclesiæ doctores ostendunt divinitatem Spiritus sancti est, quia comprehendit Deum. ii, 406, n. 4.

Comprehendere omnia profunda Dei non est alicujus creaturæ. ii, 406, n. 4.

Christus per lumen supernaturale scientiæ infusæ melius res naturales comprehendebat quam Angelus, quia altiori lumine videbat, et sub ratione formali perfectiori. ii, 459, n. 10.

Si comprehenderetur Deus, penetraretur omni modo quo cognoscibilis est, et consequenter infinito, ita quod non solum videretur res infinita, et modus infinitus in ipso objecto repertus, sed modo infinito, adæquando et exhauriendo illo modo cognoscendi totam cognoscibilitatem objecti in his quæ pertinent ad se. ii, 411, n. 11.

Intellectus comprehendens causam debet cognoscere omnes effectus, et omnes rationes effectuum. ii, 411, n. 12.

Quia creaturæ pertinent ad Deum extrinsece, ut terminus factibilis ab eo, non potest Deus comprehendere, nisi videantur creaturæ, ut aliquid derivatum, et pertinet ad Deum. ii, 413, n. 15.

Sicut in corporalibus non comprehenditur aliqua quantitas, nisi tota includatur hic in intelligibilibus, nisi tota virtus rei penetraretur, et omnes ejus rationes non solum in se, sed in ordine ad omnes effectus non comprehenditur intelligibilitas ejus. ii, 414, n. 18.

Quatuor modi comprehendendi secundum Nominales. ii, 415, n. 19.

Beati non comprehendunt Deum, et creaturas ex vi visionis divinæ essentiæ; licet possint videre omnes creaturas concomitanter, vel eodem actu, vel diversis. ii, 415, n. 21.

Ad comprehendendum Deum sufficit cognitio omnium possibilium et ipsorum existentia ut possibilis. ii, 363, n. 20.

Non potest comprehendere unum attributum in Deo, nisi totus Deus comprehendatur, et quare. ii, 368, n. 33.

Comprehendere, seu comprehensive cognoscere, vide cognitio.

Nullus beatus comprehendit Deum. viii, 240, n. 17.

Licet cognoscantur omnia objecta scientiæ visionis, non tamen comprehenduntur. viii, 342, n. 28.

## COMPREHENSIO.

Comprehensio sumitur dupliciter: primo, pro simplici rei apprehensione; secundo, pro cognitione exhauriente totum quod invenitur in re aliqua. ii, 407, n. 5.

Potest multiplex totalitas considerari. Primo, ex parte cognoscentis, quod scilicet toto conatu, et vi intelligendi cognoscat: secundo, ex parte objecti quod cognoscitur et manifestatur. ii, 408, n. 6.

Potest multiplici modo considerari totum quod est. Primo, si videatur tota ejus quantitas: secundo, si cognoscatur non solum quantum ad terminos quantitativos, sed etiam quantum ad terminos essentielles, ita ut totum quod pertinet ad quidditatem, et est formaliter, in ipsa re videatur: tertio, non solum quoad quantitatem vel essentiam, sed etiam quoad respectus ad ea quæ quoque modo ad se pertinent. ii, 408, n. 6.

Definitio comprehensionis est quod nihil de eo quod videtur lateat videntem. ii, 408, n. 6.

Comprehensio alicujus objecti non sumitur ex totalitate agnoscendi ex parte ipsius cognoscentis, sed ex parte ipsius rei cognitæ. ii, 409, n. 7.

Non potest consistere comprehensio alicujus objecti in conatu vel summo modo intelligendi, quo potest ex parte intelligentis. ii, 409, n. 8.

Comprehensio alicujus rei potest in duobus admittere latitudinem, vel in ipso modo cognoscentis, vel in ipsa ratione formali,

qua tenditur in tale objectum comprehenditur. ii, 459, n. 10.

Ad comprehensionem requiritur, quod videatur aliquid, non solum quantum ad prædicata, et formalitates quæ in ipso sunt, sed quoad omnia etiam extrinseca quæ ad se pertinent, scilicet ut in ipso fundatur, vel ab eo derivantur. ii, 411, n. 11.

Visio quæ ex vi sua et sui objecti primarii non videt creaturas, indiget aliunde adjuvari ut eas videat, et sic deficit ex se a comprehensione. ii, 415, n. 21.

Comprehensio, id est, tentio, seu assecutio dupliciter sumitur, essentialiter scilicet, et consecutive. v, 212, n. 40.

Comprehensio duplex est, alia affectiva, alia intellectiva. v, 212, n. 40.

Comprehensio, seu tensio, ut tenet se ex parte voluntatis, est dos animæ. v, 212, n. 40; 329, n. 16, vide delectatio, dos et visio.

Comprehensio creaturæ, tum quoad potentiam naturalem, quam obedientialem multo perfectius et excellentius fit per ipsam divinam essentiam, quæ est medium, et ratio formalis eminentior, et perfectior quacumque cognoscibilitate creata. ii, 490, n. 11.

Comprehensio habitualis suæ succedit spei in gloria, non est habitus distinctus a charitate et lumine gloriæ. vii, 360, n. 5.

Comprehensio dupliciter sumitur. viii, 337, n. 4.

Ad veram comprehensionem exigitur omnimodo adæquatio cognitionis cum objecto. viii, 338, n. 6.

Cognitio omnium creaturarum possibilium, sive in Verbo, sive extra Verbum arguit comprehensionem Dei. viii, 340, n. 17.

## COMPREHENSOR.

Comprehensor, vide beatus, Christus et viator.

## COMPRODUCO.

Comproduci, vide pars.

## CONCEPTIO.

Christus Dominus in primo instanti conceptionis suæ meruit. iv, 896, n. 3.

Et fuit beatus et comprehensor. iv, 896, n. 3.

Conceptio, vide Maria Virgo.

## CONCEPTUS.

Conceptus formalis quando dicatur idea, et quando non. iii, 6, n. 7; 15, n. 10.

Ex conceptu a nobis formato quid resultat. iii, 8, n. 12.

Conceptus realitatis munus duplex. iii, 18, n. 34.

Conceptus formalis Dei non habet rationem ideæ. iii, 19, n. 4.

Conceptus objectivus, et formalis quid. iii, 93, n. 1.

An in conceptu formali consistat veritas formalis. iii, 134, n. 10.

Esse de conceptu formali alterius quid sit. iv, 92, n. 13.

Conceptus Petri verbi gratia translatus ad intellectum Pauli non redderet illum formaliter intelligentem. v, 363, n. 12.

## CONCILIIUM.

Concilii Senonensis auctoritas infirmatur. iii, 425, n. 8.

Ejus sensus de efficacia divinæ voluntatis explicatur. iii, 425, n. 9.

Quid de ea Concilium Tridentinum senserit. iii, 427, n. 11.

Concilium generale, si papa non sit præsens, vel legati non habeant instructionem ab illo, ante confirmationem pontificis, non est regula suprema fidei. vii, 151, n. 27.

Ad Concilium generale pertinet tractatus de depositione papæ, quoad declarationem criminis. vii, 258, n. 17.

Hoc autem Concilium, in ordine ad istum finem, congregari potest auctoritate Ecclesiæ, quæ est in ipsis episcopis, vel in majori parte. vii, 259, n. 18.

Concilium generale potest electores papæ superaddere, et eis committere potestatem eligendi papam, et si non sint cardinales. vii, 223, n. 21; 226, n. 27.

Non habet jus eligendi pontificem. vii, 224, n. 22; 226, n. 25.

In Concilio Africano præcipitur, ut primæ sedis episcopus non vocetur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos, et quare. vii, 209, n. 24.

Concilium Basiliense injuste deposuit Euge-



nium, et tunc desiit esse Concilium legitimum, et cassatum est ab ipso Eugenio. vii, 210, n. 25.  
Concilium Constantiense tres deposuit papas, quia ignorabat quis eorum esset legitimus. vii, 210, n. 25, vide Marcellinus papa.

## CONCRETUM.

Concreta, vide abstractum.

Non potest concretum prædicari de abstracto. viii, 535, n. 22.

## CONCUPISCENTIA.

Concupiscentiæ amor quid. iii, 508, n. 40; 509, n. 12.

Repugnat Deo. iii, 510, n. 43, vide amor.

Concupiscentiæ amor, vide amor.

Concupiscentia est passio appetitus sensitivi respiciens rem absentem, et sic est idem cum desiderio. vi, 209, n. 1.

Concupiscentia naturalis a non naturali formaliter differt in linea appetitivi. vi, 210, n. 3.

Concupiscentiam esse infinitam quo sensu intelligi debeat. vi, 211, n. 5.

Concupiscentia naturalior est homini secundum rationem genericam considerato quam ira, secundum rationem vero specificam naturalior est ira quam concupiscentia. vi, 231, n. 2.

Concupiscentia est latens, et insidiosa; ita autem est manifesta, non insidiosa, et quare. vi, 234, n. 10, vide ira.

Concupiscentia non consentienti nec etiam virtualiter nocet. vi, 394, n. 13.

## CONCUPISCIBILIS.

Concupiscibilis, vide appetitus concupiscibilis.

## CONCURSUS.

Concursus divinus quomodo dat libertatem. iii, 449, n. 41.

Concursu in simultaneo generalitas, et influentia in actionem consideranda. iii, 177, n. 5.

Concursus simultaneus formaliter non est communis bonis et malis actibus in quantum mali sunt. iii, 182, n. 13.

Concursus divinus, et auxilium divinum in quo discrepent. iii, 175, n. 1.

Concursus simultaneus quomodo influit. An eum negaverit Pelagius. iii, 182, n. 14.

Decretum concursus concomitantis cum causa contingenti, non sufficit ad determinandam veritatem. ii, 535, n. 41.

Concursum negat Deus Angelo, quo cordis cognoscat secreta. iv, 833, n. 6.

Concursus Dei generalis potest a Deo postulari in oratione, dummodo habeat aliquid contingentiam, quod a Deo detur, et in commodum cedat postulantis. vi, 729, n. 49; 730, n. 20; 743, n. 19.

Concursus Dei generalis ad quæ cognoscenda, et ad quæ opera bona moralia, et ad quas tentationes vincendas sufficiat, vide gratia specialis.

Concursus Dei, seu auxilium nequit formaliter consistere in aliquo actu, seu operatione causæ creatæ. vi, 805, n. 9.

Concursus Dei ad entitatem peccati, vide Deus.

## CONDENSATIO.

Condensatio quantitatis, vide quantitas.

## CONDITIO.

Conditio possidentis, vide possessio.

## CONFESSARIUS.

Confessarius sine notitia circumstantiarum aggravantium (etiam non mutantium speciem) non potest imponere pœnitenti medicinalem pœnam necessariam, et sic debent tales circumstantiæ confiteri. v, 884, n. 12; 885, n. 20.

Confessarius quomodo se debeat gerere cum scrupulosis. vi, 458, n. 50, vide conscientia minister scrupulosus et scrupulum, scrupulosa, sacramentorum.

Confessarius debet sequi opinionem probabilem pœnitentis circa peccata, relicta probabiliori. vi, 193, n. 56.

Confessarius non debet se conformari pœnitenti circa peccata, si iudicet opinionem

pœnitentis improbabilem esse. vi, 193, n. 56.

Confessarius potest absolvere pœnitentem infirmum, qui est impeditus explicare sua peccata nisi in generali, vel mediis signis, dummodo sint signa in ordine ad confessionem. vi, 493, n. 56, vide minister sacramentorum.

## CONFESSIO.

Confessio circumstantiarum aggravantium in sacramento pœnitentiæ, vide circumstantia aggravans et malitia.

Confessionis integritas, vide interruptio et multiplicatio.

Confessio fidei, vide fidei confessio.

Confirmatio in bono quid. iv, 982, n. 1.

Est a gratia Dei specialissima. iv, 1004, n. 31.

## CONFIRMATIO.

Confirmatio tribui potest ex dispensatione papæ, a simplici sacerdote, licet ordinaria potestate solum competat episcopis. vii, 215, n. 5.

Confirmationis character activus et passivus. Illius fidei professio ac defensio, quasi ex officio, cum nec digna et ex fide virtute, sed actus ex circumstantia malus est. ix, 359.

## CONFIRMATUS.

Confirmati in gratia, vide gratia et impeccabilitas.

## CONFORMITAS.

Conformitas, vel difformitas ad legem formaliter considerata ad lineam moralem pertinet, objective autem ad lineam naturæ potest pertinere. vi, 8, n. 21.

Conformitas ad legem æternam debet inveniri in omni actu morali bono. vi, 24, n. 35.

Conformitas ad voluntatem divinam debet etiam inveniri in quolibet actu morali bono. vi, 24, n. 30.

Conformitas ista debet esse ad volitum formale, id est, motivum, quo Deus omnia vult. vi, 41, n. 2.

Conformitas cum voluntate divina volente permissionem peccati mei verbi gratia, et majorem humiliationem meam propter meum peccatum quomodo sit habenda. vi, 42, n. 7.

Conformitas cum omni volito materiali Dei non debet a nobis haberi semper, et quare. vi, 44, n. 10.

Conformitas cum aliquo volito materiali a Deo cognito a nobis certo, seu per revelationem, non est a necessario tenenda a nobis, etiam per voluntatem deliberativam, nisi adsit præceptum de conformando cum tali volito. vi, 45, n. 12.

Conformitas ad volitum materiale divinæ voluntatis laudabilis est absolute, si aliquid impedimentum non interveniat. vi, 49, n. 26.

Conformitas cum damnatione propria, etiam prout revelata a Deo, non est licita. vi, 49, n. 26.

Conformitas ad volitum Dei etiam materiale datur in beatis, quia fixe adhærent voluntati Dei secundum rationem, qua Deus vult, et sic complacent etiam de damnatione, morte, et permissione peccati reproborum. vi, 52, n. 34.

Conformitas ad voluntatem divinam, ut effectivam, et influentem in ipsam voluntatem creatam an sit necessaria in nostra voluntate. vi, 54, n. 39.

Conformitas ad volitum formale prælati non est necessaria in nostra voluntate, nisi ponat prælatus præceptum justum. vi, 55, n. 40.

## CONJUX:

Conjux discrete dubitans de matrimonio contracto debet reddere debitum, sed non petere. v, 151, n. 23.

## CONNEXIO.

Connexiones essentielles quomodo dicuntur veritates æternæ. iii, 138, n. 19.

Connexio virtutum, vide prudentia virtus acquisita, virtus intellectualis, virtus moralis et virtus theologica.



## CONSCIENTIA.

- Conscientia quid sit? vi, 108, n. 4.  
 Conscientia non pertinet ad voluntatem, sed ad intellectum. vi, 107, n. 6.  
 Conscientia non est habitus, sed actus, id est, iudicium, seu dictamen de agendis in particulari. vi, 107, n. 8.  
 Conscientia est iudicium intellectus practici, non speculativi. vi, 108, n. 9.  
 Conscientia in iudiciis consultativis consistit, ideoque potest quis de facto agere contra conscientiam. vi, 109, n. 14.  
 Conscientia bona formaliter a prudentia procedit. vi, 110, n. 16.  
 Conscientia nominatur aliquando syndæresis, et quare. vi, 110, n. 16.  
 Conscientia semper remanet quoad principia universalis, et aliquando remordens, et remurmurans. vi, 110, n. 16.  
 Conscientia dicitur bona, vel mala non formaliter, sic enim pertineret ad voluntatem, sed regulative sicut intellectus practicus dicitur bonus, vel malus, quia regulat opera bona, vel mala. vi, 110, n. 17.  
 Conscientia in dormientibus, et distractis etiam perseverat transacto actu ex determinatione virtuali relicta. vi, 111, n. 19.  
 Conscientia dividitur ex parte objecti in bonam, malam, veram et falsam: ex parte modi in certam, dubiam, scrupulosam, probabilem et erroneam. vi, 112, n. 22.  
 Contra conscientiam agere non est speciale peccatum præter legem, et obligationem propositam per tale dictamen. vi, 107, n. 5.  
 Conscientia sequenda est conscientia certa, et probabilis practice; conscientia autem deponenda est conscientia dubia, scrupulosa, et erronea. vi, 128, n. 40.  
 Conscientia deponi debet quando depositione cognoscitur digna. vi, 144, n. 2.  
 Conscientia secura est illa, quæ prudenter formatur. vi, 115, n. 36.  
 Conscientia probabilis alia est probabilis speculative, alia practice. vi, 112, n. 25.  
 Conscientia probabilis potest sequi, dummodo sit probabilis practice prudentialiter, et non solum speculative, licet oppositum talis conscientia probabilis, et tutius. vi, 128, n. 40, vide opinio.  
 Conscientia probabilis ut formetur ex quibus principiis in moralibus tam intrinsicis, quam extrinsicis dependeat. vi, 134, n. 18, vide iudicium et probabilitas.  
 Conscientia probabilis an possit formari ex revelationibus privatis. vi, 140, n. 36.

- Conscientia probabilis non debet formari a viris illiteratis ex libris quos legunt, sed consulendo viros peritos facultatis. vi, 140, n. 37.  
 Conscientia dubia quomodo deponenda sit, vi, 145, n. 4, vide dubium, possessio et possidens.  
 Conscientia scrupulosa quomodo deponenda. vi, 144, n. 2, vide scrupulum.  
 Conscientia erronea quomodo obliget. vi, 116, n. 1.  
 Conscientia erronea iudicans Deum non esse amandum, sperandum, aut credendum, non potest dari. vi, 121, n. 18.  
 Conscientia erronea vincibilis non solum ligat, sed obligat negative, et positive, id est, non solum ad non operandum, sed etiam ad operandum. vi, 122, n. 20.  
 Conscientia erronea obligat obligatione proveniente a lege æterna formaliter, licet non proveniente materialiter. vi, 125, n. 29.  
 Et quomodo hoc intelligatur absque eo quod Deus obliget, nec etiam materialiter ad peccatum. vi, 125, n. 30.  
 Conscientia erronea vincibilis potest facere perplexum subjectum, ita ut peccatum sit agere juxta illam, et peccatum agere contra illam, dum potest deponi, et non deponitur. vi, 755, n. 30.  
 Conscientia erronea invincibilis excusat a peccato. vi, 126, n. 32.  
 Conscientia erronea ut sit invincibilis, et excusans quid requirat. vi, 126, n. 32.  
 Conscientia erronea dum non deponitur obligat etiam contra præceptum prælati superveniens, tunc enim tale præceptum non obligat. vi, 126, n. 32.  
 Conscientia ministri sacramentorum, vide confessarius, minister, probabilitas et sacramentorum.  
 Conscientia principis circa leges ferendas, indictionem belli, impositionem tributorum, mutationem monetæ, et successionem ad regnum, vide bellum, numisma, princeps, regnum et tributum.  
 Conscientia iudicis, vide iudex.  
 Conscientia advocati, vide advocatus.  
 Conscientia medici, vide medicus.  
 Conscientia subditi, vide dubito et prælati.  
 Conscientiam erroneam non teneamur sequi ex præcepto Dei. vii, 70, n. 23.

## CONSECRATIO.

- Consecratio, vide eucharistia.

## CONSEQUENTIA.

- In bona consequentia potest esse antecedens omnino necessarium, et consequens secundum quid. viii, 579, n. 28.

## CONSERVATIO.

- Ex gratia creationis, est conservatio rei existentis, non autem ex gratia nature ejus superaddita. iv, 605, n. 6; 607, n. 10.

## CONSILIIUM.

- Consilium quomodo procedat modo resolutionis. v, 579, n. 13.  
 Consilium ad secundam operationem intellectus pertinet. v, 575, n. 3.  
 Consilium an possit esse de fine. v, 578, n. 12, vide finis et necessarius.  
 Consilium, et deliberatio circa media sunt terminative, circa finem initiative. v, 368, n. 10.  
 Consilium inquisitionem includit, et sententiam, seu iudicium. v, 574, n. 1.  
 Consilium ex parte inquisitionis imperfectionem dicit, et sic non est in Deo, bene tamen ex parte, qua dicit sententiam de re faciendam. v, 574, n. 1.  
 Consilium in ordine ad electionem quomodo se habeat. v, 575, n. 2.  
 Consilium ex ea parte, qua dicit inquisitionem non est necessarium in rebus minimis. v, 575, n. 2.  
 Consilium virginitatis, et paupertatis voluntariæ, vide paupertas et virginitas.  
 Consilium donum correspondet prudentiæ. vi, 675, n. 1; 662, n. 20.  
 Consilium hoc distinguitur formaliter a fide. vi, 659, n. 13.  
 Et explicatur ratio formalis, cui innititur in dirigendo ea quæ agenda sunt ex affectu, et experientia interna divinorum. vi, 657, n. 7.  
 Consilium hoc innititur spei divinæ. vi, 658, n. 10.  
 Et etiam innititur donis intellectus, sapientiæ et scientiæ. vi, 659, n. 13.  
 Consilium hoc quomodo distinguitur a prudentia infusa ne propter illam superfluum sit. vi, 659, n. 14; 660, n. 15.  
 Consilium hoc extenditur ad regulanda omnia illa agibilia, quæ per dona appetitivæ partis agenda sunt, scilicet per fortitudi-

## THEOLOGIA X.

- nem, pietatem et timorem. vi, 661, n. 16.  
 Consilium hoc, quæ, et quot operetur explicatur ex D. Gregorio. vi, 661, n. 17.  
 Consilium hoc aliquando movet ad confundendum alios, ut recte res agatur. vi, 662, n. 20; 664, n. 23.  
 Consilium hoc simpliciter est inferius dono scientiæ: secundum quid autem, et ex parte materiæ præfertur ei. vi, 503, n. 45.  
 Recte consiliare non est consilium cum modo superveniente ipsi ab habitu, sed actus cum habitudine ad objectum modificatum. vii, 728, n. 11.  
 Consilia evangelica sunt proprie materia voti, vide votum.  
 Non est consilium evangelicum etiam homini fragili, qui utitur libidine, ducere uxorem. vii, 851, n. 8.  
 Est tamen consilium salutare secundum regulas prudentiæ, permissum ab evangelio, et a D. Paulo. vii, 831, n. 8.

## CONSTANTINUS.

- Constantinus, vide imperator.

## CONSUBSTANTIALITAS.

- Unitas nature, et consubstantialitas in divinis probatur contra Arianos. iv, 25, n. 12; 89, n. 34; 120, n. 1; 129, n. 17; 132, n. 20; 133, n. 23.  
 Eam primis negarunt Platonicus inter ethnicos, et Alogi, alique, ut Arius, et Origenista inter Christianos. iv, 5, n. 5.  
 Consubstantialitas Spiritus sancti cum Patre et Filio. Voluntas divina, ut divina, non habet quod processio amoris sit substantialis, vel consubstantialis suo principio formalis, sed solum suo principio activo, seu operativo, videlicet ex eo quod actus ille immanens est, et sit processio secundum actum immanentem in tali principio quod non est capax accidentis, nec alterius substantiæ. iv, 138, n. 28.

## CONSULO.

- Consulere minus malum, etiam culpam, quando et quomodo liceat. v, 579, n. 15.



## CONTEMPTUS.

Angeli mali contemptus circa bona supernaturalia, videlicet circa gratiam, et gloriam, vide abusus, beatitudo et beneficio Dei abuti.

## CONTENTIO.

Contentio orta inter Francos et Hispanos de die celebrationis paschalis, quæ controversia illustri miraculo fuit soluta. vii, 966, n. 15.

## CONTINENTIA.

Hic continentia sumitur pro inclusione. Continentia alterius triplex est, alia formalis, alia eminentialis, alia virtualis. i, 645, n. 3.

Continentia est virtus subjectata in voluntate ut resistat voluntas passionibus insurgentibus. Estque pars potentialis temperantia; sicut etiam humilitas. vi, 428, n. 44; 428, n. 44, vide temperantia.

Continentia est dispositio ad temperandas passiones, et sic præcedere potest temperantiam, non autem ut virtus perfecta, et firma. vi, 707, n. 24.

Continentia non fuit in Christo. viii, 210, n. 1.

## CONTINEO.

Continere formaliter est continere aliquid sub ea forma, sub qua nata est existere in se, sicut sol et ignis continent lucem. i, 645, n. 3.

Continere eminenter est continere aliquid sub ratione superiori excedente eam ut est in se, sicut sol continet calorem sub excellentiori forma quam est in igne, scilicet in forma cælesti. i, 645, n. 3.

Contineri eminenter contingit dupliciter, vel eminenter formaliter, vel eminenter virtualiter, et quomodo. i, 645, n. 3.

Contineri tantum virtualiter, est contineri in virtute causæ sibi æqualis, aut inferioris, ut in causa instrumentali, in dispositione ad formam, in semine, etc. i, 644, n. 3.

Nulla creatura potest continere eminenter aliam neque formaliter, neque virtualiter,

quantum ad omnes perfectiones quæ inveniuntur in tali creatura. i, 652, n. 20.

Deus potest ratione suæ infinitatis continere eminenter virtualiter omnes perfectiones creaturarum quoad perfectiones pure creatas. i, 652, n. 20.

Continens habet passiones insurgentes, sed resistit illis, temperatus autem non habet insurgentes passiones. v, 863, n. 82, vide incontinens et intemperatus.

## CONTINGENS.

Contingentium futurorum cognitio, vide scientia Dei. In contradictoriis de contingenti, veritas est in altero extremo, et falsitas in altero, sed non determinate in isto potius quam in illo, sed in uno tantum distinctim. ii, 541, n. 4.

## CONTINUATIO.

Continuatio actus boni vel mali per unam horam verbi gratia, non facit malitiam, vel bonitatem infinitam, nisi tantum in potentia. v, 876, n. 37, vide duratio et instans.

Continuatio actus fit vel ex electione ipsius continuationis, vel sine eo quod præcedat electio in exercitio continuando actum. vii, 446, n. 17.

Continuatio actus ex electione, ita est perfecte meritoria, quod non æquivaleret ei multiplicatio actum interruptorum in eadem duratione. vii, 447, n. 18.

Continuatio actus aliquando est ita magna, quod excedit in valore primam productionem, aliquando ita parva quod excedatur. vii, 447, n. 20.

Continuatio beatitudinis non potest esse objectum spei theologicæ, nec enim est ardua neque futura illis. vii, 359, n. 4.

## CONTRACTUS.

Contractus ex timore gravi facti licet ex jure naturali poterant esse validi, non tamen sunt validi ex jure positivo, et quare. v, 441, n. 35.

Et qui sint isti contractus irriti facti a jure positivo, scilicet matrimonium, promissio vel solutio dotis, jurisdictio data vel

propagata, electio prælati, auctoritas tutorum, absolutio ab excommunicatione, testimonium testium testamentorum, votum solemne. v, 441, n. 37, vide juramentum et votum.

## CONTRADICTORIUS.

Contradictoria duo de eadem re in multis materiis, solvuntur in divinis. iii, 340, n. 40.

Non absolute de Deo dicuntur. iii, 341, n. 41.

Duo contradictoria non possunt dare eadem esse simul verificari. iv, 52, n. 28.

An verificentur de eadem re simul, et semel in divinis. iv, 52, n. 28; 54, n. 29.

Hoc axioma male intellectum, Gilbertum aliosque populit in errores. iv, 183, n. 20.

Quomodo beatus videat in Deo non esse contradictoria, quæ viatores esse contradictoria putant. iv, 185, n. 25.

## CONTRARIETAS.

Fundantia contrarietatem non possunt consistere in relatione. v, 687, n. 22.

## CONTRARIUS.

Contrarium contrarietate mediata duplex est. v, 268, n. 60.

Contraria naturalia, moralia, artificialia, et respectiva quomodo differant inter se. v, 730, n. 14.

Contraria sunt circa idem ex imperfectione subjecti. viii, 564, n. 15.

## CONTRITIO.

Contritio de peccatis nequit habere sine gratia speciali cum includat dilectionem Dei super omnia. vi, 753, n. 20, vide castitas, dilectio, gratia specialis, martyrium, perseverantia et tentatio.

Contritio quo sensu dicatur a D. Thoma. quod est a libero arbitrio, et a Deo quoad suam substantiam. vi, 767, n. 22.

Contritio perfecta est vera, et propria dispositio ad justificationem. vi, 887, n. 12.

Contritio, et dilectio Dei perfecta in quan-

tum sint dispositiones indigent favore superaddito, et misericordia Dei, ut homo justificetur. vi, 888, n. 16.

Contritio ut dispositio ultima non est elicitive a gratia habituali, sed ab auxilio; formatur autem a gratia. vi, 869, n. 12.

Contritio nullo modo formatur a gratia, et charitate tamquam a forma intrinseca. vi, 871, n. 17.

Contritio non dimanat tamquam propria passio a gratia, sed elicitor tamquam operatio. vi, 894, n. 21.

Contritio est meritoria gloriæ, non tamen gratiæ a qua formatur. vi, 894, n. 22.

Contritio informis nunquam datur. vi, 895, n. 25.

Contritio est dispositio ad justificationem, non forma justificans. vi, 869, n. 11.

Contritio convertit hominem ad Deum formaliter affective, non effective et radicaliter. vi, 871, n. 16.

Contritio præparat, et impetrat nobis justificationem. vi, 872, n. 20.

Contritio tollit rationem voluntarii ex parte affectus, sed non ex parte omnis effectus culpæ. vi, 880, n. 23.

Contritionis actus expellit peccatum, et justificat dispositive et causaliter, non formaliter. vi, 872, n. 20.

Contritionis actus non potest nec de facto, nec de possibili esse forma justificans. vi, 869, n. 11.

Contritionis actus non potest formaliter tollere totum quod relinquitur ex peccato. vi, 871, n. 14.

Contritionis actus ratione satisfactionis non habet tantum de recompensa, quantum actus peccati de injuria. vi, 872, n. 18.

Non potest esse forma justificans. viii, 34, n. 6.

Contritio non est dispositio necessaria, quæ posita necessario ponitur gratia. viii, 34, n. 6.

Non destruit habitualement, et permanentem maculam peccati. viii, 35, n. 8.

Non opponitur moralitati offensæ. viii, 35, n. 8.

Non est ipsa condonatio Dei. viii, 35, n. 8.

Si contritio esset forma justificans, jam superflueret gratia. viii, 35, n. 9.

Per contritionem non diligit hominem, ut gratum sibi ex parte personæ, sed ex parte actus: ipsa posita, relinquitur homo habitualiter aversus a Deo. viii, 36, n. 10.

Infusio gratiæ habitualis est omnino gratuita, etiam posita contritione. viii, 36, n. 11.



Hæreticum est dicere hominem per contritionem mereri de condigno, et justificari. viii, 37, n. 12.

Contritio prout præcedit gratiam, non habet vim satisfactionis ad æqualitatem pro culpa. viii, 37, n. 12.

Contritio non est physica, et naturalis dispositio ad gratiam. viii, 37, n. 12.

Contritio ut præcedens gratiam, non procedit ab ipsa effective, sed ab auxilio, et a libero arbitrio. viii, 37, n. 13.

Solum quantum ad informationem procedit a gratia, non vero quantum ad suam substantiam. viii, 37, n. 14.

Ut procedit ab auxilio, habet valorem imperfectæ satisfactionis pro culpa. viii, 38, n. 46.

Talis valor fundatur in aliquo intrinseco invento in ipsa contritione. viii, 40, n. 24.

Ante amicitiam causatam per gratiam, est satisfactoria. viii, 40, n. 25.

Antecedens ad gratiam non habet jus meriti etiam de congruo ad ipsam gratiam, bene tamen satisfactionis. viii, 41, n. 28.

Contritio, ultima dispositio ad gratiam, ex Dei misericordia, non ipsa sufficiens et a se. ix, 185.

## CONTUMELIATIO.

Contumeliatio est species parvipensionis, provocantis ad iram, sicut despectus, et epiriasmus. vi, 233, n. 7, vide ira et parvipensio.

## CONVENTIO.

Conventio in evangelio pactum significat quo Deus se obligat ad retribuendum pro meritis nostris. iv, 902, n. 16.

## CONVERSIO.

De conversione eucharistica, vide eucharistia.

Conversio peccatoris est opus Dei. iv, 914, n. 28.

Conversio ad bonum commutabile est in omni peccato. v, 141, n. 15.

Conversio in peccato duplex est, una quæ

comitatur aversionem, alia quæ est reatus manens post peccatum. v, 716, n. 70.

Conversio actualis ad amorem sui, quæ virtualiter continet actum peccati præteritum est impedimentum positivum, et habituale, ne influxus gratiæ derivetur in animam. vi, 864, n. 6.

Conversio præcise ad finem ultimum non reddit formaliter hominem sanctificatum. vi, 877, n. 12.

Nec Deum reddit conversum ad hominem, licet voluntatem reddat conversam ad Deum. vi, 877, n. 12.

Conversione in homine posita ad Deum, non potest Deus de potentia absoluta homini reddi placatus per extrinsecam voluntatem tantum. vi, 877, n. 12.

Conversio naturalis efficax hominis ad Deum finem naturalem in statu puræ naturæ sufficit simul cum extrinseca condonatione, ut tollatur peccatum. vi, 878, n. 46.

Non potest conversio alicujus creaturæ in Deum. viii, 127, n. 20.

Terminus conversionis est corpus Christi prout ex pane. viii, 147, n. 42.

## CONVERTO.

Convertendo se ad se peccavit Angelus malus superbiendo. iv, 938, n. 16.

Convertens se in Deum cum proposito postea peccandi non ponit finem ultimum in Deo. v, 146, n. 29.

## COR.

Cor movetur vitaliter in suo motu licet moveatur a generante. v, 15, n. 28.

Cordis motus initiative est vitalis. v, 368, n. 9.

## CORNELIUS.

Cornelius Actorum x consilii dono ductus ad Petrum ut instrueretur accessit. vi, 661, n. 18.

## CORPOREUS.

Corporeus sensus, vide sensus et spiritalis.

## CORPUS.

Corpus de extremo in extremum moveri nequit impertransito medio, sed bene id potest Angelus. iv, 670, n. 21.

Corpora omnia in ratione movendi alterative ad unum principium reducuntur, quod est cælum. v, 104, n. 38.

Corporis humani pulchritudo quid sit. v, 349, n. 51.

Corpus gloriosum habet dotem claritatis, vide claritas.

Corpus gloriosum habet lucem sicut sol. v, 350, n. 52.

Et densitatem. v, 354, n. 64.

Corpus istud compatitur secum lucem, colorem, transparentiam. v, 349, n. 51.

Corporis gloriosi agilitas, vide agilitas.

Ejus subtilitas, et impassibilitas, vide subtilitas et impassibilitas.

Corpora gloriosa discurrere poterunt per cælos. v, 348, n. 48.

Corpus gloriosum accidentaliter est incorruptibile. v, 297, n. 52.

Corpus gloriosum habet particulative modum corporum cælestium. v, 337, n. 16.

Corpora gloriosa habebunt odorem optimum. v, 338, n. 48.

Absque respiratione tamen percipiunt illum, quia ibi respirationem non habebunt. v, 339, n. 49.

Corpora gloriosa non comedent, licet facultas eis non desit. v, 340, n. 21.

Corpus gloriosum habebit in lingua quemdam humorem saporosissimum. v, 340, n. 21.

Et habebit verum tactum. v, 340, n. 22.

Corpora gloriosa loquentur in cælo. v, 341, n. 25.

## CORRUPTIO.

Corruptio et corruptibilitas in quo consistant. v, 300, n. 59.

Corruptio habituum, vide habituum corruptio.

Corruptio boni naturalis est effectus: vii, 771, n. 23, vide macula et reatus.

Cujus oppositum nequit reparari, nisi per gratiam supernaturalem supposito statu elevationis ad finem supernaturalem. vii, 771, n. 23; 772, n. 4, vide peccatum.

## CREATIO.

Repugnataliquam creaturam esse creatorem et creare ex nihilo, sive tamquam causa principalis sive instrumentalis. ii, 688, n. 4.

Opus creationis factum fuit simul et in instanti, nempe quando in principio creavit Deus cælum et terram, reliquis autem diebus non est creatum aliquid ex nihilo. ii, 714, n. 2.

Creatio terminata est primo die, quando Deus creavit cælum et terram, reliquis autem diebus fuerunt opera distinctionis, et ornatus. ii, 729, n. 3.

Necesse fuit prima viventia produci in statu perfecto ad generandum, et propagandum, et laborandum, unde et in ipsa productione aliorum viventium benedicuntur a Deo et ad propagationem inducuntur. ii, 755, n. 6.

In principio facta sunt individua cujuslibet speciei, in numero quam paucissimo, sicut homines solum facti sunt duo, masculus et femina. ii, 757, n. 10.

Animalia quæ ex putrefactione oriuntur non fuerunt producta in actu, sed in potentia tantum. ii, 758, n. 11.

Cum productiones monstruosæ non pertinent ad primam naturæ institutionem, sed potius ad naturæ corruptionem, ideo non fuerunt producta, ut monstra. ii, 758, n. 11.

Animalia orta ex commixtione sexuum diversæ speciei, ut mulus qui ex equa et asino, leopardus qui ex pardo et leæna, et similia non fuerunt producta. ii, 758, n. 11.

De sex diebus creationis, variæ sunt sententiæ. Alii veros autumant et naturales, non vero metaphoricos: alii non fuisse plures vere et naturaliter. ii, 780, n. 4.

D. Augustinus dixit istos dies non esse naturales, seu temporales, sed intelligibiles seu angelicos, qui distinguuntur non ex parte cognitionis, sed ex parte rerum cognitarum: ita quod primum opus ut cognitum ab Angelo sit primus dies, secundum opus secundus dies, etc. ii, 780, n. 4.

Quomodo sint intelligenda verba Ecclesiastici c. 18: *Qui vivit in æternum creavit omnia simul.* ii, 784, n. 6; 786, n. 10.

Deus omnia fecit dicto suo, et actione instantanea et indivisibili, imo et æterna ex parte sui, sed successiva et temporali ex parte rerum factarum. ii, 789, n. 15.



Quare mentio creationis aquæ non sit facta in Scriptura. ii, 787, n. 12; 789, n. 16.  
 Quomodo intelligenda sint illa verba *spiritus Domini ferebatur* super aquas. ii, 789, n. 17.  
 Spiritus ille qui ferebatur super aquas est Spiritus divinus. ii, 791, n. 20.  
 Quomodo dicatur quod dies componitur ex vespera et mane. ii, 791, n. 20.  
 An mundus fuerit productus verno, an æstivo, vel autumnali tempore, quo die, et et quo mense. ii, 792, n. 22.  
 Creatio, vide compositum.  
 Angeli creati sunt ante hoc universum, quantum ad tempus suæ creationis, neque extra hoc universum, sed in cælo, quantum ad locum. iv, 566, n. 8.  
 Deus enim creavit omnia simul. iv, 568, n. 13.  
 Quid fides doceat circa creationem, et articulum Dei creatoris. iv, 486, n. 1.  
 Quid fides in hac parte probet, quid ratio. iv, 488, n. 3.  
 Solvuntur objectiones contra creationem rerum ex nihilo. iv, 494, n. 10, vide Elohim.  
 Creatio ex parte Dei quid. iv, 498, n. 16; 500, n. 4.  
 Ex parte creaturarum quid. iv, 504, n. 10; 514, n. 25.  
 Creatio influit totam entitatem, nihil præsupponendo, sed totum faciendo, in suo termino, et ex hoc dicitur universalissimus influxus. iv, 508, n. 17.  
 Implicat creaturam vi nativa creare. Et hoc est contra Durandum. iv, 531, n. 16.  
 Implicat dari instrumentum creationis physicum, contra Scotum. iv, 546, n. 17.  
 Quod autem id sit contra Scotum, patet. iv, 531, n. 16.  
 Generatio longe differt a creatione. iv, 508, n. 17.  
 Relatio consecuta ad creationem, est accidens, et prædicamentalis, ut dicit Scotus et Vasquez. iv, 510, n. 19.  
 Creatio non est mutatio realis, nec de prædicamento actionis, licet intelligatur ad modum mutationis. iv, 512, n. 22.  
 Creationis opus, vide opera et opus.  
 In prima rerum productione Deus produxit naturas non solum perfectas in se ipsis, sed etiam in ordine ad alia. viii, 326, n. 23.

## CREATOR.

Ratio creatoris est unica in Deo secundum speciem atomam, vide Deus.

## CREATURA.

Duplex est genus creaturæ. Unum extra tempus et motum, sicut Angeli, et cælum empyreum quod non movetur, alterum conjunctum tempori et motui, sive tempus ipsam efficiendo per suum motum, sicut cælum quod est primum alterans, sive sint res subjectæ tempori, et motui a quo alterantur, et corrumpuntur, sicut elementa et mixta. ii, 685, n. 3.  
 Creaturæ primi generis perfectionem suam habent sine motu, et ideo in eodem instanti quo creantur perficiuntur et formantur a Deo, ut Angeli, et cælum empyreum. ii, 685, n. 3.  
 Creaturæ secundi generis licet sint creatæ ex nihilo quantum ad prima corpora quæ non sunt ex aliis, tamen earum perfectio, et ornatus, modo successivo et mutabili fieri oportuit, quia earum natura tempori et mutationi saltem accidentali alligata est. ii, 685, n. 3.  
 Creatura corporalis non est facta mediantibus Angelis, neque quantum ad materiam primam, neque quantum ad formas educendo illas immediate ex materia. ii, 686, n. 4.  
 Nulla est creatura, quæ non possit meliorari a Deo secundum accidentales perfectiones. ii, 56, n. 10.  
 Inter omnes rationes quibus patres, et Ecclesiæ doctores ostendunt divinitatem Spiritus sancti est, quia comprehendit Deum. ii, 406, n. 4.  
 Comprehendere omnia profunda Dei non est alicujus creaturæ. ii, 406, n. 4.  
 Creaturæ quomodo Deo cognitæ. iii, 26, n. 18.  
 Non habent perfectam ideam in Deo rationem. iii, 25, n. 17; 26, n. 19.  
 Creaturæ possibles quomodo dicantur bonæ. iii, 294, n. 34.  
 Creaturarum possibilitas unde sumatur. iii, 891, n. 4.  
 Quid sit illa. iii, 892, n. 6.  
 Est prædicatum intrinsecum creaturarum. iii, 892, n. 7.  
 Creaturarum possibilitas in quo consistit. iii, 893, n. 10.  
 Quomodo participetur a Deo. iii, 896, n. 14, 45.  
 Ex ejus destructione sequitur destructio omnipotentia. iii, 899, n. 19; 901, n. 22.  
 Est differentia inter creaturas futuras et possibles. iv, 327, n. 28; 329, n. 32.

Essentia divina est æque perfecta sine creaturis, sicut modo et sine creaturis, inquam, se constituentibus, non autem sine creaturis, ut a se constitutis. iv, 329, n. 16.  
 Creatura est positive finis ultimus peccati mortalis. v, 134, n. 3.  
 Et Adrianus, qui oppositum sensit, nota temeritatis ab aliquibus inuritur. v, 134, n. 3.  
 Creatura, quæ est finis ultimus peccati mortalis est convenientia propria ipsius peccantis, et quomodo. v, 137, n. 9; 141, n. 15.  
 Creatura non est finis ultimus peccati venialis. v, 147, n. 34.  
 Creatura irrationalis non est capax beatitudinis, bene tamen rationalis. v, 164, n. 4.  
 Creatura rationalis solo Deo plene satiatur. v, 165, n. 5.  
 Tota creaturarum collectio non est attingibilis extra Verbum. v, 165, n. 8.  
 Nec per plures, nec per unam speciem creatam cognitione perfecta. v, 166, n. 9.  
 Tota creaturarum collectio nequit esse beatitudo. v, 106, n. 10.  
 Creaturæ possibles, vide possibilis.  
 Creatura non est de facto causa principalis gratiæ quod est certum secundum fidem, nec sua virtute communicata a Deo potest esse causa principalis illius. vi, 849, n. 1.  
 Creatura constituitur debitorum Deo primo, et per se per creationem. vii, 660, n. 18.  
 Si aliqua creatura redderetur impossibilis, destrueretur divina omnipotentia. viii, 354, n. 40.

## CREDO.

Qui credit revelata a Deo ex vana gloria, vel alio pravo fine, non credit ex fide divina, sed alia fide. vi, 401, n. 42; 402, n. 43.  
 Credere non est actus solius intellectus, sed intellectus ut moti a voluntate. vi, 760, n. 2; 762, n. 8, vide pia affectio.  
 Credere aliquid determinate, et explicitè, semper fuit necessarium necessitate medii. vii, 91, n. 1, vide fides.  
 Post evangelium promulgatum necesse est explicitè credere mysterium Trinitatis, et incarnationis. vii, 93, n. 7, vide præceptum.

## CREO.

Creatura bona nequeant esse beatitudo. v,

164, n. 4, vide beatitudo, bonum, divitiæ, fama, honor, potestas et voluptas.

## CRUCIATUS.

Pœna peccati actualis est cruciatus perpetuus. iv, 1040, n. 1.

## CULPA.

Culpa duplex, altera theologica et juridica, altera; et hæc rursus alia lata, alia levis, alia levissima. vii, 618, n. 1.

## CULTUS.

Cultus jure prohibetur ut tamquam sancto alicui tribuatur, nisi auctoritate papæ. vii, 295, n. 6.  
 Licitum est auctoritate privata, vel etiam episcopi cultum privatam exhibere personis, quæ non sunt canonizate, nec beatificatæ; non vero cultum publicum, id est, qui auctoritate publica institutus est ad colendos sanctos. vii, 304, n. 25.  
 Ad quid se extendat cultus privatus dicitur. vii, 302, n. 19.  
 Cultus qui exhibetur Deo per orationem, est subjectio inferioris petentis ad Deum. vii, 765, n. 18.  
 Cultus sacer, et religiosus, ut distinguitur a civili, non est idem quod cultus latræ. vii, 782, n. 26.  
 Cultus qui exhibetur sanctis, elicitur a dulia, et imperatur a latræ. vii, 645, n. 77; 783, n. 22.  
 Cultus Religionis non denotat in creatura propriam excellentiam, secus vero cultus duliæ. vii, 645, n. 76, vide dulia.

## CURIOSITAS.

Curiositas non fuit primum peccatum, in Angelo malo. iv, 938, n. 16.

## CYRILLUS.

S. Cyrillus asseruit Spiritum sanctum a Filio emitti, et procedere. Et ejus epistola a quinta et sexta Synodo et ab Ephesina recepta fuit. iv, 333, n. 7.



Quare mentio creationis aquæ non sit facta in Scriptura. ii, 787, n. 12; 789, n. 16.  
 Quomodo intelligenda sint illa verba *spiritus Domini ferebatur* super aquas. ii, 789, n. 17.  
 Spiritus ille qui ferebatur super aquas est Spiritus divinus. ii, 791, n. 20.  
 Quomodo dicatur quod dies componitur ex vespera et mane. ii, 791, n. 20.  
 An mundus fuerit productus verno, an æstivo, vel autumnali tempore, quo die, et et quo mense. ii, 792, n. 22.  
 Creatio, vide compositum.  
 Angeli creati sunt ante hoc universum, quantum ad tempus suæ creationis, neque extra hoc universum, sed in cælo, quantum ad locum. iv, 566, n. 8.  
 Deus enim creavit omnia simul. iv, 568, n. 13.  
 Quid fides doceat circa creationem, et articulum Dei creatoris. iv, 486, n. 1.  
 Quid fides in hac parte probet, quid ratio. iv, 488, n. 3.  
 Solvuntur objectiones contra creationem rerum ex nihilo. iv, 494, n. 10, vide Elohim.  
 Creatio ex parte Dei quid. iv, 498, n. 16; 500, n. 4.  
 Ex parte creaturarum quid. iv, 504, n. 10; 514, n. 25.  
 Creatio influit totam entitatem, nihil præsupponendo, sed totum faciendo, in suo termino, et ex hoc dicitur universalissimus influxus. iv, 508, n. 17.  
 Implicat creaturam vi nativa creare. Et hoc est contra Durandum. iv, 531, n. 16.  
 Implicat dari instrumentum creationis physicum, contra Scotum. iv, 546, n. 17.  
 Quod autem id sit contra Scotum, patet. iv, 531, n. 16.  
 Generatio longe differt a creatione. iv, 508, n. 17.  
 Relatio consecuta ad creationem, est accidens, et prædicamentalis, ut dicit Scotus et Vasquez. iv, 510, n. 19.  
 Creatio non est mutatio realis, nec de prædicamento actionis, licet intelligatur ad modum mutationis. iv, 512, n. 22.  
 Creationis opus, vide opera et opus.  
 In prima rerum productione Deus produxit naturas non solum perfectas in se ipsis, sed etiam in ordine ad alia. viii, 326, n. 23.

## CREATOR.

Ratio creatoris est unica in Deo secundum speciem atomam, vide Deus.

## CREATURA.

Duplex est genus creaturæ. Unum extra tempus et motum, sicut Angeli, et cælum empyreum quod non movetur, alterum conjunctum tempori et motui, sive tempus ipsam efficiendo per suum motum, sicut cælum quod est primum alterans, sive sint res subjectæ tempori, et motui a quo alterantur, et corrumpuntur, sicut elementa et mixta. ii, 685, n. 3.  
 Creaturæ primi generis perfectionem suam habent sine motu, et ideo in eodem instanti quo creantur perficiuntur et formantur a Deo, ut Angeli, et cælum empyreum. ii, 685, n. 3.  
 Creaturæ secundi generis licet sint creatæ ex nihilo quantum ad prima corpora quæ non sunt ex aliis, tamen earum perfectio, et ornatus, modo successivo et mutabili fieri oportuit, quia earum natura tempori et mutationi saltem accidentali alligata est. ii, 685, n. 3.  
 Creatura corporalis non est facta mediante Angelis, neque quantum ad materiam primam, neque quantum ad formas educendo illas immediate ex materia. ii, 686, n. 4.  
 Nulla est creatura, quæ non possit meliorari a Deo secundum accidentales perfectiones. ii, 56, n. 10.  
 Inter omnes rationes quibus patres, et Ecclesiæ doctores ostendunt divinitatem Spiritus sancti est, quia comprehendit Deum. ii, 406, n. 4.  
 Comprehendere omnia profunda Dei non est alicujus creaturæ. ii, 406, n. 4.  
 Creaturæ quomodo Deo cognitæ. iii, 26, n. 18.  
 Non habent perfectam ideam in Deo rationem. iii, 25, n. 17; 26, n. 19.  
 Creaturæ possibles quomodo dicantur bonæ. iii, 294, n. 34.  
 Creaturarum possibilitas unde sumatur. iii, 891, n. 4.  
 Quid sit illa. iii, 892, n. 6.  
 Est prædicatum intrinsecum creaturarum. iii, 892, n. 7.  
 Creaturarum possibilitas in quo consistit. iii, 893, n. 10.  
 Quomodo participetur a Deo. iii, 896, n. 14, 45.  
 Ex ejus destructione sequitur destructio omnipotentia. iii, 899, n. 19; 901, n. 22.  
 Est differentia inter creaturas futuras et possibles. iv, 327, n. 28; 329, n. 32.

Essentia divina est æque perfecta sine creaturis, sicut modo et sine creaturis, inquam, se constituentibus, non autem sine creaturis, ut a se constitutis. iv, 329, n. 16.  
 Creatura est positive finis ultimus peccati mortalis. v, 134, n. 3.  
 Et Adrianus, qui oppositum sensit, nota temeritatis ab aliquibus inuritur. v, 134, n. 3.  
 Creatura, quæ est finis ultimus peccati mortalis est convenientia propria ipsius peccantis, et quomodo. v, 137, n. 9; 141, n. 15.  
 Creatura non est finis ultimus peccati venialis. v, 147, n. 34.  
 Creatura irrationalis non est capax beatitudinis, bene tamen rationalis. v, 164, n. 4.  
 Creatura rationalis solo Deo plene satiatur. v, 165, n. 5.  
 Tota creaturarum collectio non est attingibilis extra Verbum. v, 165, n. 8.  
 Nec per plures, nec per unam speciem creatam cognitione perfecta. v, 166, n. 9.  
 Tota creaturarum collectio nequit esse beatitudo. v, 106, n. 10.  
 Creaturæ possibles, vide possibilis.  
 Creatura non est de facto causa principalis gratiæ quod est certum secundum fidem, nec sua virtute communicata a Deo potest esse causa principalis illius. vi, 849, n. 1.  
 Creatura constituitur debitorum Deo primo, et per se per creationem. vii, 660, n. 18.  
 Si aliqua creatura redderetur impossibilis, destrueretur divina omnipotentia. viii, 354, n. 40.

## CREDO.

Qui credit revelata a Deo ex vana gloria, vel alio pravo fine, non credit ex fide divina, sed alia fide. vi, 401, n. 42; 402, n. 43.  
 Credere non est actus solius intellectus, sed intellectus ut moti a voluntate. vi, 760, n. 2; 762, n. 8, vide pia affectio.  
 Credere aliquid determinate, et explicitè, semper fuit necessarium necessitate medii. vii, 91, n. 1, vide fides.  
 Post evangelium promulgatum necesse est explicitè credere mysterium Trinitatis, et incarnationis. vii, 93, n. 7, vide præceptum.

## CREO.

Creatura bona nequeant esse beatitudo. v,

164, n. 4, vide beatitudo, bonum, divitiæ, fama, honor, potestas et voluptas.

## CRUCIATUS.

Pœna peccati actualis est cruciatus perpetuus. iv, 1040, n. 1.

## CULPA.

Culpa duplex, altera theologica et juridica, altera; et hæc rursus alia lata, alia levis, alia levissima. vii, 618, n. 1.

## CULTUS.

Cultus jure prohibetur ut tamquam sancto alicui tribuatur, nisi auctoritate papæ. vii, 295, n. 6.  
 Licitum est auctoritate privata, vel etiam episcopi cultum privatam exhibere personis, quæ non sunt canonizate, nec beatificatæ; non vero cultum publicum, id est, qui auctoritate publica institutus est ad colendos sanctos. vii, 304, n. 25.  
 Ad quid se extendat cultus privatus dicitur. vii, 302, n. 19.  
 Cultus qui exhibetur Deo per orationem, est subjectio inferioris petentis ad Deum. vii, 765, n. 18.  
 Cultus sacer, et religiosus, ut distinguitur a civili, non est idem quod cultus latræ. vii, 782, n. 26.  
 Cultus qui exhibetur sanctis, elicitur a dulia, et imperatur a latræ. vii, 645, n. 77; 783, n. 22.  
 Cultus Religionis non denotat in creatura propriam excellentiam, secus vero cultus duliæ. vii, 645, n. 76, vide dulia.

## CURIOSITAS.

Curiositas non fuit primum peccatum, in Angelo malo. iv, 938, n. 16.

## CYRILLUS.

S. Cyrillus asseruit Spiritum sanctum a Filio emitti, et procedere. Et ejus epistola a quinta et sexta Synodo et ab Ephesina recepta fuit. iv, 333, n. 7.



## D

## DÆMON.

- Dæmones, vide auxilium, cæcitas, curiositas Dei et funus.
- Dæmones non sunt mali ex natura sua, sed ex abusu suæ libertatis. iv, 894, n. 33.
- Boni enim aliquando fuerunt, sed in bonitate sua non permanserunt. iv, 904, n. 13; 911, n. 24; 958, n. 2; 964, n. 13; 977, n. 28.
- Per actum ergo proprium facti sunt mali. Quod in primo instanti suæ creationis non est effectum. iv, 920, n. 37.
- Peccarunt per superbiam usque ad contemptum et odium Dei, et ex consequenti voluerunt esse, ut Deus. iv, 942, n. 20.
- In speculativis manserint omnia integra in dæmonibus, non tamen sic in practicis. iv, 880, n. 15; 884, n. 21; 888, n. 25.
- Omnia peccata secundum reatum sunt in dæmonibus, quatenus homines ad ea excitant. iv, 884, n. 21, vide inconsideratio, insidia, obcæcatio, odium, miseriam et regula.
- Quomodo patiantur ab igne infernali, cum sint spiritus. iv, 370, n. 21; 373, n. 25.
- Dæmon, et anima possunt esse simul in eodem corpore, non secundum eandem habitudinem causæ. iv, 651, n. 27, vide expulsio.
- Dæmones ex prædictione futurorum, in id elaborarunt, ut pro diis haberentur. iv, 808, n. 7, vide descendere, desperatio, ignis et futurum.
- Dæmones in primo instanti meruerunt, in secundo demeruerunt, in tertio sunt damnati. iv, 979, n. 31, vide cruciatus, noctis tenebræ, nox et pœna.
- Dæmoni non est difficile ingentium belluarum ferociam domare. vii, 972, n. 25.
- Dæmones credunt ex metu voluntate non directiva boni propositi, sed electiva actus credendi, ne intellectus maneat suspensus. vii, 78, n. 5.
- In dæmonibus non est fides infusa, licet possit esse acquisita. vii, 105, n. 1.
- Dæmon tentavit Christum. viii, 495, n. 14.

## DAMNATIO.

- Damnatio æterna est effectus reprobationis. iii, 860, n. 7.

- Damnatio æterna pejus malum est physice, quam odium Dei, non tamen in esse morali. v, 240, n. 38.
- Damnationis propriæ volitio etiam prout revelata a Deo non est licita. vi, 50, n. 28, vide conformitas.

## DAMNATUS.

- Damnati carent auxilio sufficienti effectivo ad bonum. iii, 882, n. 42.
- In quo ab ipsis viatores eo nomine differant. iii, 882, n. 42.
- Damnatos fore beatificandos dixit Origenes. v, 246, n. 4; 278, n. 2.
- Damnatorum corpora sæculentiam habebunt. v, 348, n. 47.
- Damnati in die iudicii videbunt Christum fulgentissimum, et gloriam electorum. v, 352, n. 56.
- Ad quod eorum oculos non est necesse elevari supernaturaliter. v, 173, n. 57.
- Damnati non possunt divertere cogitationem pœnæ inflictæ, libere tamen cogitant objecta pertinentia ad culpam licet incessanter. v, 519, n. 19.
- Damnati non habent gratiam sufficientem, et tamen peccant propter liberam electionem, quam habuerunt in vita. vi, 827, n. 14.
- Damnati non habent præcepta affirmativa, sed negativa, sicque non peccant peccato omissionis, sed commissionis. vi, 827, n. 14.
- In damnatis non manet fides infusa, potest tamen mere acquisita. vii, 105, n. 1.
- In damnatis fidelibus manet character. vii, 106, n. 2.
- Damnati non alternatim, sed constipato impetu comprehendunt omnia pœnarum genera, secundum plura Scripturæ testimonia. vii, 953, n. 2.
- Damnatorum pœnæ maxime augentur propter invariabilitatem earum. vii, 954, n. 5.
- In damnatis non est futurus proprie timor. vii, 956, n. 9.
- Damnati quia creatorem offenderunt ab omni creatura offendentur. vii, 957, n. 10.
- Damnatorum non unica pœna, sed multiplex. vii, 957, n. 10.
- Damnati non sentient simul et confuse omnes pœnas. vii, 957, n. 10.

- Damnati ex pœnarum variatione non sentient refrigerium. vii, 957, n. 11, vide in verba pœnæ.

## DAMNUM.

- Damnum secutum per accidens tam ex parte operis, quam ex parte operantis non imputatur facienti illud. vi, 31, n. 15, vide actus interior, eventus, etc. etc.
- Damnum consecutum ex alia causa præter voluntatem operantis, non est peccaminosum, et manifestatur exemplis. vi, 60, n. 30.
- Damnum mortis spiritualis consecutum ex persuasionem alicujus ad aliquod peccatum, verbi gratia ad consensum stupri, si non intendatur ipsum nocumentum, non auget malitiam. vi, 90, n. 30.
- Damnum sequendum ex aliqua actione quando, et quibus casibus teneatur quis evitare, evitando actionem ipsam. vi, 93, n. 42.
- Damna quæ sequuntur ex aliqua sententia probabili speculative reddunt talem opinionem practice improbabilem. vi, 138, n. 28.

## DAVID.

- David excessit in cognitione mysteriorum fidei præcedentis. vii, 123, n. 12.

## DEBITUM.

- Debitum quid respiciat. iii, 523, n. 3.
- Si quis non habuit intentionem ducendi uxorem, non tenetur, imo neque potest reddere debitum etiam stante præcepto Ecclesiæ. vii, 837, n. 2.
- Est multiplex, debitum legale seu strictum, et debitum morale seu decentiæ. viii, 1, n. 1.
- Debitum legale est inter Deum, et hominem fundatum in læsione, et injuria. viii, 88, n. 27.
- Non tamen potest esse debitum legale fundatum in ratione dati, et accepti. viii, 88, n. 27.

## DECRETUM.

- Num detur decretum efficax Dei antecedens actum voluntatis humanæ, vide scientia Dei.
- Quid sit decretum absolutum ex parte Dei, et conditionatum ex parte objecti. ii, 574, n. 7.
- Voluntas et decretum absolutum, seu de facto positum a Deo, et conditionatum ex parte objecti, nullam imperfectionem, aut superfluitatem dicit, sed potius magnam Dei perfectionem. ii, 581, n. 18.
- Decreta conditionata ex parte objecti non ad hoc ponuntur, ut ex illis gratia sumat aliquam efficaciam, quæ per absoluta decreta datur a Deo de facto, sed ut veritates aliquæ in ratione futuritionis accipiant determinationem pro statu conditionato. ii, 593, n. 37.
- Decretorum divinorum efficaciam, et infallibilem duplex genus. iii, 217, n. 17.
- Decreta conditionata dantur in Deo. iii, 338, n. 37; 339, n. 38.
- Decreta absoluta ex parte Dei, et conditionata ex parte objecti ad cognoscenda futura et conditionata, necessario admittenda. iii, 339, n. 34.
- Decreta divina circa actus nostros liberos ut sic, quomodo efficaciam sint. iii, 347, n. 1.
- Decretum indifferens in Deo quid connotet. iii, 348, n. 4.
- Non potest reddi efficax ex determinatione causæ creatæ. iii, 348, n. 4.
- Quid illa determinatio causæ creatæ. iii, 350, n. 5.
- Decreta Dei nihil expectant, vel supponunt ex nostra voluntate, ut determinate, et efficaciter operentur, quia quod divinum est totum causat et nihil a creatura expectat. iii, 365, n. 1.
- Decreta indifferencia non stant nisi in scientia media. iii, 365, n. 1.
- Quæ ex ipsis inconvenientia resultent. iii, 365, n. 2; 370, n. 7; 374, n. 12; 379, n. 20.
- Decreta ex natura sua efficaciam, et determinata, non ex consensu subsequuto efficaciam denominationem sumentia dantur in Deo. iii, 382, n. 1.
- Decretum divinum est infallibile cui resisti non potest. iii, 410, n. 12.
- Decreta conditionata quæ. iii, 468, n. 1.
- Deo nec repugnantiam, nec indecentiam ullam inducunt. iii, 468, n. 1.
- Cur defensores scientiæ mediæ ea censent impossibilia. iii, 468, n. 1.



Probatur quod non conducant ad infallibilem rei liberæ cognitionem. III, 469, n. 2.  
 Quoad effectum absolutum inefficacia sunt. III, 470, n. 4.  
 Non repugnant Deo, nec ex parte objecti sui. III, 471, n. 6.  
 Nec ex parte connotati. III, 472, n. 7.  
 Nec ex parte prudentiæ, et gubernationis divinæ. III, 472, n. 8.  
 Nec ex parte determinationis voluntatis Dei discernentis. III, 473, n. 9.  
 Decreta conditionata in Deo probantur non inutilia nec otiosa. III, 475, n. 11, 12.  
 Decretum Dei an importet necessitatem antecedentem. III, 645, n. 41.  
 Decretum efficax Dei de executione et futitione alicujus rei non est efficax, nisi includat omnes modos quibus facienda est. VII, 757, n. 10.  
 In divinis decretis nulla potest dari futitio etiam per nostros conceptus. VIII, 91, n. 3.  
 Divina decreta distinguimus secundum ordinem ad diversa objecta. VIII, 91, n. 4.  
 Implicat intelligere in aliquo priore decreto efficax incarnationis Christi, et non intelligere illud cum omnimoda determinatione ex parte personæ et naturæ, officii redemptoris, et naturæ passibilis. VIII, 100, n. 17.  
 Decretum efficax Dei in tantum dicitur efficax, in quantum respicit exitum, seu eventum rei decretæ. VIII, 100, n. 18.  
 Ante decretum efficax prædestinationis Christi fuit decretum pertinens ad providentiam generalem dandi esse homini, et gratiam, necnon homo prævisus est cadere. VIII, 107, n. 48.

## DEFECTIBILITAS.

An recte inferatur defectibilitas operationis, ex defectibilitate in esse. IV, 876, n. 8.

## DEFECTUS.

Defectus vel pœnalitates reproborum quomodo considerari debeant quomodo sint effectus reprobationis. III, 863, n. 12.  
 Defectus dictaminis solum ex duplici capite oriri potest, aut quia regula ipsa, per quam actus dirigendus est, non plane consideratur, nec applicatur secundum se ad omnia regulabilia: aut quia aliquid

contrarium ipsi regulæ accipitur, ut convenientius sibi, sed regula rationis, vel naturalis lex abominatur, vel odio habetur, vel omittitur. IV, 882, n. 19.

## DEFINITIO.

Definitio Benedicti XII circa id in quo consistit beatitudo nihil contra Thomistas nec Scotistas determinat. V, 169, n. 2.

## DEFORMITAS.

Deformitas dæmonum unde proveniat. IV, 1019, n. 16.  
 Deformitas positive sumpta non privative est constitutiva peccati. V, 699, n. 26, vide actus bonus et malus, dissonantia et privatio rectitudinis.

## DEITAS.

Deitas sub ratione deitatis non est præcisa ratio credendi et testificandi, sed generalis et communis ratio omnium eorum quæ conveniunt Deo. VII, 13, n. 23.

## DELECTABILIS.

Delectabile bonum, vide honestus.

## DELECTATIO.

Delectatio quomodo perficiat operationem et ab illa causetur. V, 56, n. 24.  
 Delectatio non est beatitudo formaliter. V, 214, n. 42.  
 Quomodoque ad beatitudinem pertineat. V, 236, n. 27, vide amor, impeccabilitas, rectitudo, perpetuitas et satietas.  
 Delectatio, seu fructio est dos animæ beatæ, et quomodo. V, 327, n. 11, vide dos.  
 Delectationes tactus, vide tactus.  
 Delectatio, seu gaudium ad concupiscibilem

pertinet, licet ab irascibili possit causari. VI, 203, n. 19; 203, n. 20.  
 Delectatio passio est appetitus sensitivi; delectatio autem, quæ est in voluntate non est passio, sed actus fruitionis, qui dicitur gaudium. VI, 211, n. 1.  
 Delectatio, aut tristitia in voluntate non fit mere passive se habente, sed operante, et eliciente actum. VI, 212, n. 3; 214, n. 8.  
 Delectatio spiritualis major est, quam corporalis, quoad nos autem vehementius movet nos corporalis. VI, 213, n. 5.  
 Delectatio tactus, vide tactus.  
 Delectatio visus, vide visus.  
 Delectationis causæ quot sint, vide actio, admiratio, benefacere, memoria, similitudo, spes et tristitia.  
 Delectationis effectus sunt dilatatio cordis, perfectio operantis, sitis et desiderium sui. VI, 215, n. 7; 685, n. 52.  
 Delectatio optima dicitur illa, quæ est de Deo in se viso. VI, 215, n. 12.  
 Delectatio victrix, quæ sic vocatur a D. Augustino non consistit in solo indeliberato motu, sed in qualitate movente actum liberum. VI, 820, n. 20.  
 Delectatio quæ succedit spei in patria, non est de consecutione Dei tamquam de objecto, sed de Deo consecuto. VII, 343, n. 13.  
 Delectatio quæ correspondet charitati in patria est de Deo præsentis et consecuto, non quia consecutus, sed quia amicus. VII, 343, n. 13.

## DELIBERATIO.

Deliberatio et consilium circa media sunt terminative, circa finem initiative. V, 368, n. 9.  
 Deliberatio distinguitur in semiplenam, plenam, et plenissimam. VII, 840, n. 1.  
 Actus qui fit cum semiplena deliberatione qui dicitur motus secundo primus, non est perfecte humanus, neque potest habere perfectam rationem vitii, vel virtutis. VII, 840, n. 1.  
 In illo tamen reperiri potest peccatum veniale. VII, 840, n. 1.  
 Non sufficit semiplena deliberatio ad votum. VII, 840, n. 3.  
 Non tamen requiritur plenissima, sed sufficit plena. VII, 841, n. 4.  
 Hæc plena deliberatio sufficit ad peccatum mortale. VII, 841, n. 7.

## DELIBERO.

Deliberatum, et indeliberatum non variant actum extrinsece, sed tantum intrinsece. IV, 971, n. 21.  
 Deliberatum, et liberum differunt. IV, 899, n. 7.  
 Non repugnat, quod primus actus sit liber, quoad exercitium, si procedat cum iudicio perfecto, licet non sit deliberatus de actu deliberato. IV, 971, n. 21.  
 Deliberare de fine quid sit. V, 368, n. 10.

## DEMERITUM.

Demeritum debitam sibi facit pœnam secluso omni pacto, et ordinatione, et quare. VI, 903, n. 19.

## DEMONSTRATIO.

Demonstratio, vide mundus.  
 Demonstrationis actus non est habitus, sed dispositio, quia licet habeat firmitatem essentialem, non tamen primo, et per se habitam, sed ex alio principio derivatam, scilicet ex habitu. VI, 273, n. 9; 273, n. 10, vide visio habitus et beata.  
 Ad demonstrationem evidentem non requiritur resolutio in causas, vel in effectus entitatis, sed sufficit in causas, vel fundamenta veritatis. VII, 42, n. 13.

## DEMONSTRO.

Demonstrare, vide mundus.

## DENARIUS.

Denarius diurnus quid significat in evangelio. VI, 903, n. 17.

## DEPENDENTIA.

Ad dependentiam quid requiratur. IV, 52, n. 28.



## DEPOSITIO.

Depositiō papæ, vide Concilium generale, Ecclesia et papa.

## DESCENDO.

Licet descenderit Angelus malus ad inferiora bona, ascendit tamen per superbiam. iv, 956, n. 41.

Descendit Christus ad inferos quoad animam suam eo genere motus, quo Angeli moventur. iv, 630, n. 1, vide limbus.

## DESIDERIUM.

Desiderium an Deo tribuendum. iii, 503, n. 2.

In quo distinguatur a gaudio. iii, 504, n. 3.

Desiderium naturale ultimi finis quomodo stet cum libertate. v, 97, n. 23.

Desiderium nequit esse actus in quo beatitudo formaliter constat, sicut nec quivis alius actus voluntatis. v, 214, n. 42, vide voluntas, assecutio et beatitudo.

Desiderium, et gaudium penes absentiam, et presentiam objecti specie distinguuntur. v, 218, n. 52.

Desiderium gloriæ corporis in beatis in honorem Dei est actus elicitus a charitate, ut autem est bonum nostrum a fruitione. vii, 366, n. 7.

Desiderium non respicit bonum ut assequendum in re, sed secundum se, et ut possibile in quo distinguitur a spe vii, 394, n. 14.

## DESIDERO.

Desiderare bonum alicui non est desiderare illi bonum ut fini, sed ut subjecto. vii, 342, n. 11.

Desiderare gloriam aliis in beatis, est actus elicitus a charitate. vii, 343, n. 14.

Si alicui fiat absoluta revelatio de sua damnatione, et de peccato pro quo damnatur, poterit desiderare auxilium efficax pro evitando illo peccato. vii, 395, n. 16.

## DESINO.

Desinere, vide annihilatio.

## DESITIO.

Desitio, vide annihilatio.

## DESPECTUS.

Despectus est species parvipensionis provocantis ad iram, sicut contumeliatio et epirasmus. vi, 233, n. 7, vide ira et parvipensio.

## DESPERATIO.

Desperatio in dæmonibus supponit aliquod peccatum quod præcesserit. Non est ergo eorum primum peccatum. iv, 916, n. 14, vide damnatio et superbia.

Et idem est si sibi constaret per visionem beatam, non tamen haberet desperationem peccaminosam. v, 270, n. 64.

Desperatio contrariatur spei, non quia circa malum versetur, sed quia circa bonum per recessum ab illo tendit. vi, 225 n. 43.

Desperatio in bello causat audaciam per accidens. vi, 226, n. 44.

Desperatio supponit desiderium illius rei de qua desperamus. vii, 394, n. 14.

Ad desperationem sufficit impossibilitas boni æstimata. vii, 395, n. 15.

Desperatio dari non potest nisi corrumpatur iudicium practicum regulans actum spei. vii, 399, n. 24.

## DESTINATIO.

Destinationis acceptio duplex in Scriptura explicatur, vide prædestinatio.

## DETERMINATIO.

Determinatio voluntatis, per quid fiat. iv, 145, n. 8; 449, n. 9, vide voluntas.

Determinatio veritatis circa propositiones in materia contingenti est petenda ex decreto divino. iv, 825, n. 32.

## DEUS.

De Deo in seipso non possumus aliquid cognoscere nisi per revelationem divinam, et non ex creaturis. i, 442, n. 4.

De Deo in se datur solum duplex revelatio, scilicet per visionem claram in patria, et per obscuram in via, scilicet per fidem. i, 442, n. 4.

Deus secundum absolutam rationem deitatis, et non sub aliquo attributo tantum, est subjectum attributionis et formale adæquatum theologiæ: subjectum vero adæquatum materiale extensive est quodcumque revelabile a Deo, prout subest virtuali revelationi Dei. i, 517, n. 4.

Deum esse per se notum secundum se, non autem nobis. i, 530, n. 4.

In hac propositione: Deus est assumitur terminus non communiter omnibus notis, sed ad cuius notitiam pervenitur post longum discursum. i, 531, n. 6.

Nomine Dei non solum intelligitur nobilissimum ens, in linea creata, id est, nobilissima creatura, sed ens nobilissimum extra omnem ordinem creaturarum. i, 531, n. 6.

Ille terminus Deus, quatenus significat ens supra omnem ordinem creaturarum, non constat nobis per sensum, neque ex vi primæ conceptionis intellectus qui solum concipit nunc objectum proportionatum sibi, quod est ens creatum, et pro illo primo statu valde confuse, et in communi, non autem ita nobile sicut Deus. i, 531, n. 6.

Non datur ignorantia invincibilis de Deo. i, 536, n. 17.

In practicis est principium per se notum, Deum esse colendum. i, 537, n. 18.

Non repugnat quod principia practica, supponant aliquid speculative notum per discursum, non enim quidquid est per se notum practice oportet, quod sit per se notum speculative. i, 537, n. 18.

Perveniens ad usum rationis, tenetur in pri-

mo instanti converti ad Deum non ut cognitum in particulari, et distincte, sed confuse, et in alio, scilicet sub ratione beatitudinis vel finis ultimi honesti. i, 537, n. 19.

Sunt quinque rationes principales ad probandum Deum esse, et quæ sint. i, 537, n. 19.

Explicantur illæ rationes principales. i, 537, n. 19.

Deus non potest poni in prædicamento, sive de facto, sive de possibili. i, 608, n. 2.

Si Deus poneretur in genere, deberet poni tamquam species, imo tamquam individuum. i, 608, n. 2.

Deus non potest habere speciem constitutam sub genere. i, 608, n. 2.

Omnis species contenta sub genere, debet constare ex genere, et differentia, quod Deo non potest convenire. i, 608, n. 2.

In Deo potest aliquid concipi ut commune, et ut singulare secundum præcisionem negativam, concipiendo scilicet naturam et non singularitatem. i, 614, n. 9.

Deus potest concipi per nostros actus ut communis quasi negative, non tamen tamquam universale vel genus. i, 614, n. 10.

Attributa et Personæ in Deo non distinguuntur nisi ratione. i, 619, n. 6.

Inter attributa Dei et essentiam datur distinctio rationis ratiocinata, cum fundamento in re, et non solum rationis ratiocinantis, et idem est de relationibus seu Personis respectu essentiæ. i, 621, n. 41.

Omnes perfectiones conveniunt Deo, ex ipsa ratione causæ efficientis. i, 636, n. 1.

Deus est ipsum esse subsistens; esse autem subsistens habet omnem perfectionem essendi. i, 639, n. 40.

Nulla perfectio abstrahens a Deo et creaturis est altior Deo, vel æqualis. i, 648, n. 9.

Deus perfectissime cognoscit omnia quæ sunt in creatura. i, 251, n. 17.

Differentia inter Deum et creaturas est, quod nulla creatura potest continere eminenter aliam neque formaliter neque virtualiter, quantum ad omnes perfectiones quæ inveniuntur in tali creatura: Deus autem ratione suæ infinitatis potest continere omnes perfectiones creaturarum eminenter virtualiter, quoad perfectiones pure creatas. i, 652, n. 20.

Non minus est perfectus Deus solus, quam Deus cum creatura. i, 653, n. 23.

Repugnat Deum esse in genere, quia deberet esse tamquam species quæ consurgit ex differentia contrahente genus, et consequenter tale genus dicit potentialitatem



- ad differentiam, quæ repugnat actui puro. I, 699, n. 14.
- Deus non dicitur infinitus quia non definitur seu non manifestatur ejus quidditas; sed quia non definitur tali modo, scilicet definitione constante ex genere et differentia, actu et potentia, qui sunt termini non solum definites, sed etiam finientes et limitantes quidditatem. I, 699, n. 15, vide infinitas et infinitum.
- Deus existit intime in omnibus rebus, vide existentia.
- Impossibile est quod Deus diffundat extra se virtutem habentem universalissimum modum producendi totum esse. II, 4, n. 9.
- Deus in omni re, et in omni effectu ita concurrat ad producendum et conservandum ejus esse, quod per ipsam virtutem incretam, et non per creatam et diffusam extra se operatur. II, 4, n. 9.
- Licet non omnia creentur a Deo ex nihilo, tamen ita subordinantur et dependent in suo esse ab influxu Dei, quod totaliter præbet illis esse, si quidem potest quamcumque rem annihilare per suspensionem influxus. II, 4, n. 4.
- Deus per suam essentiam est ipsum esse. II, 2, n. 2.
- Deus est immediatus immediatione suppositi seu indistans ab aliqua re. II, 8, n. 18.
- Deus proprie non potest agere per virtutem a se diffusam, quia virtus diffusa est effectus Dei et aliquid creatum, et a tali virtute creata non potest procedere aliquis influxus totius esse. II, 10, n. 24.
- Deus potest uti creatura tamquam instrumento, ad resuscitandum mortuum, vel producendam gratiam. II, 10, n. 24.
- Deus non potest uti instrumento ad creandum vel annihilandum. II, 10, n. 23.
- Deus præter virtutem quam imprimit instrumento ad producendam gratiam, vel alium effectum, requiritur quod influat in ipsum effectum immediate per seipsum, conservando illum in esse tali influxu, et istam conservationem Deus non potest facere mediante instrumento, vel virtute aliqua diffusa extra se. II, 10, n. 23, vide existentia Dei, immensitas Dei et præsentia Dei.
- Deus est actus purus carens omni compositione ex parte. II, 313, n. 10.
- Deus est finis universi, quia omnia propter semetipsum operatus est Dominus. II, 687, n. 3.
- Inter Deum et creaturas non datur solum similitudo intentionis sed realis. II, 473, n. 25.
- Deus non format entia rationis. II, 510, n. 41.
- Non repugnat Deo voluntas de facto habita circa aliquod volitum, et conditionata, seu inefficax ex parte alicujus effectus. II, 581, n. 18.
- Deus absoluta voluntate sua, id est, voluntate de facto in eo existente vult multa esse futura sub aliquo ordine, seu conditione, qua absolute futura non sunt, nec evenient in re. II, 583, n. 20.
- Deus in quo differt ab agente naturali, et an ideæ sit capax. III, 3.
- Plures in eo dantur ideæ non entitative, sed respective ad res ideatas, et eorum omnium quæ facit. III, 3.
- Deus non cognoscit creaturas per ideas extra se existentes, aut ab illis acceptas. III, 24, n. 14.
- Deus quomodo per intellectum suum apprehendit quod naturæ debitum est. III, 26, n. 18.
- In Deo res sunt ut in causa secundum modum causæ. III, 28, n. 23.
- Deus quomodo intelligit se intelligere multa per essentiam suam. III, 37, n. 18.
- Deus quibus de rebus habeat propriam, et per se ideam. III, 56, n. 4.
- Deus an habeat ideam de pure possibilibus. III, 55, n. 2, 3.
- Deus non solum est verus, sed ipsa veritas. III, 73, n. 1.
- Deus habet summum gradum vitæ. III, 72.
- An in intelligentia Dei, quæ simplicissima est, veritas inveniatur. III, 94, n. 4.
- Deus quomodo seipsum vult. III, 140.
- Deus est liberi arbitrii. III, 140.
- Dei efficacia, et necessitas a Pelagio negata. III, 142, n. 1.
- Donum Dei ut sic, ita est efficax ut non stet cum opposito actu voluntatis, licet potentiam ad actum non lædat. III, 215, n. 33.
- Deus potest aliquid privativum morale facere. III, 215, n. 33.
- Deus æterno, et immutabili suo decreto omnes actiones nostras tam bonas quam malas prædefinit, et prædeterminat: propositio quomodo intelligenda. III, 216, n. 34.
- In Deo an detur potentia distincta ab actu, distinctione rationis. III, 218, n. 6, vide potentia.
- Deo quid sit aliquid attribui secundum modum significandi quid ex parte rei significatæ. III, 222, n. 4.
- In Deo quomodo dari potest potentia distincta ab actu. III, 231, n. 24.
- In Deo datur ratio objecti, et speciei, non ratio potentia seu principii ex parte rei significatæ. III, 235, n. 32.

- Deum movere seipsum, seu motus in Deo quomodo intelligendus. III, 235, n. 34.
- Deus libere vult et operatur, ejus libertas ex ejus misericordia, et nostrarum precum exauditione probatur, tum ex ejus cognitione finis universalissima et perfectissima. III, 238, n. 3.
- Deus quomodo dicatur operari secundum consilium suæ voluntatis. III, 257, n. 11.
- Deus an creaturas possibiles diligit inefficaci quodam amore, seu simplici complacentia. III, 276, n. 2.
- Deus nullo modo amat creaturas possibiles. III, 483, n. 7.
- Deus an possit suspendere omnem actum circa esse, seu circa rem ut ordinatam ad esse. III, 287, n. 21.
- Deus an possit habere actum voluntatis reflexum quo velit actum suum suspendere circa determinatum objectum. III, 294, n. 34.
- Deus quomodo dicatur velle omnes salvos fieri. III, 296, n. 37.
- Deus quomodo diligendo suam potentiam nihil vult sibi impossibile. III, 301, n. 45.
- Quomodo gaudet de possibilitate creaturarum. III, 303, n. 49.
- Diligit necessario seipsum, et quæ intra se sunt. III, 304, n. 1.
- Deus clare visus cur necessario diligitur. III, 307, n. 5.
- Deus duplici modo res potest facere. III, 311, n. 14, 45.
- Dei decreta, et actus liberi an in nobis distingui possint, et qua regula utendum est ad ea distinguenda. III, 335, n. 30.
- In Deo quomodo perfectiones, actus, aut decreta distinguantur. III, 344, n. 47.
- Deus an respectu actuum liberorum ut sic habeat voluntatem efficacem antecedentem, quæ ex natura sua, et virtute causativa determinet actum liberum. III, 348, n. 3.
- Deus agit in causas secundas, ipsasque movet, et applicat ad operandum. III, 385, n. 4; 386, n. 5.
- Deus intra corda nostra operatur motum nostræ voluntatis, et aversas voluntates convertit. III, 396, n. 14.
- Dei infallibilitas exigit decretum ex natura sua efficax, et antedenter ad nostrum consensum, et determinationem. III, 405, n. 6.
- Deus an motum intra voluntatem nostram causare debeat. III, 407, n. 9.
- Deus non deest, nisi homines ei defuerint, propositio Concilii Tridentini verificata tum de gratia habituali sanctificante, tum de actuali auxiliante. III, 432, n. 19.
- Deus quid ultra debuit facere, et non fecit explicatur. III, 436, n. 25.
- Deus quomodo inter causas internas voluntatis computatur. III, 446, n. 37.
- Dei concursus datus, vel negatus non tollit libertatem. III, 451, n. 46.
- Deus non influit in malitiam peccati. III, 465, n. 66; 467, n. 69.
- Deum habere decreta conditionata ex Scriptura probatur. III, 474, n. 10.
- Potest variari objectum, nec variatur ejus voluntas. III, 495, n. 11.
- Deus vult omnes homines salvos fieri; Scripturæ locus quas patitur explicationes. III, 497, n. 31, 498.
- Deus quomodo se diligit. III, 503, n. 1.
- In Deo amor, et gaudium distinguuntur. III, 504, n. 3.
- Non potest se amare nisi ut præsentem. III, 506, n. 7, 8.
- Nec amore concupiscentiæ sive amicitia. III, 509, n. 11, 12.
- Deus est passionum incapax. III, 304, n. 1.
- Deus non potest habere odium, ut contrarium amoris et ab omni amore purificationem. III, 514, n. 5.
- Deus tristitiæ incapax. III, 516, n. 8.
- Quomodo abominantur peccatum. III, 517, n. 10.
- Deo quomodo ira tribui possit. III, 520, n. 15.
- In Deo non datur justitia commutativa, sed distributiva. III, 523, n. 4.
- In Deo datur justitia propria distincta a metaphorica. III, 533, n. 16.
- Deus non est capax obligationis et debiti. III, 536, n. 20.
- In Deo datur justitia distributiva. III, 545, n. 7.
- Quod nullam dicit imperfectionem. III, 547, n. 16.
Omne ens in quantum ens, est in actu, et suo modo perfectum; et omne perfectum habet rationem boni. i, 672, n. 1.

Passio entis eo modo quo passio est, non potest addere supra ens, possuntque importare solum connotationem aliquam aliqujus respectus rationis, juxta quam distinguantur ab ipso ente, et superaddant ei. ii, 53, n. 1.

Verum bonum, unum non possunt addere supra ens, nisi aliquid rationis. ii, 53, n. 1.

Ens rationis quomodo consistat in cognosci, et dicatur habere esse per rationem. iii, 43, n. 35.

Entis rationis ad formationem quid requiratur. iii, 50, n. 53; 51, n. 56.

Ens rationis quomodo cognoscitur a Deo antecedenter ad intellectum nostrum. iii, 54, n. 58.

Ens antecedenter ad verum quomodo dicit ordinem ad intellectum. iii, 118, n. 11.

Entis differentie possibile et necessarium. iii, 382, n. 1.

Si prædicetur de ente completo est completum, si de ente incompleto est incompletum. viii, 536, n. 26.

## ENTITAS.

Omnis entitas constituens quidditatem, licet sit actualitas ex se tamen antecedenter ad esse existentie est nihil, et in potentia ad essendum extra causas. ii, 4, n. 10.

Entitate carentia, et ei opposita non habent ideam in Deo. iii, 56, n. 4.

## EPICUREI.

Epicurei omnes delectationes esse bonas dicebant. vi, 215, n. 12, vide Stolei.

## EPIKIA.

Epiikia in quo dictamine fundatur. v, 113, n. 12.

Et quomodo interpretetur legem. v, 385, n. 5.

Epiikia quomodo faveat exceptioni legis instante necessitate, et difficili recurso ad superiorem. vi, 160, n. 9.

Epiikia ad justitiam legalem pertinet. vi, 487, n. 31, vide justitia.

Epiikia ad quid ponatur, et quid sit. vii, 696, n. 18.

## EPIRIASMUS.

Epiriasmus est species parvipensionis in impedimento propria voluntatis consistens, vide ira et parvipensio.

## EPISCOPUS.

Episcopi sunt gubernatores Ecclesiarum, non ut legati, aut vicarii papæ, sed ut ordinarii dependenter tamen ab illo. vii, 195, n. 37.

Episcopi olim poterant concedere licentiam ut aliquis coleretur pro sancto. vii, 293, n. 2.

Nunquam tamen habuerunt jus canonizandi absolute et pro tota Ecclesia aliquem, sed concedebant ut in memoriam illius erigeretur altare, et fierent preces in suis diocesis. vii, 295, n. 6.

Istam autem auctoritatem quam habebant episcopi, Alexander III, soli pontifici reservavit. vii, 296, n. 7.

Episcopi secundum jus commune antiquum habebant facultatem dispensandi in irregularitate homicidii voluntarii liciti. vii, 634, n. 46.

Nec per decretum Concilii Tridentini eis conceditur, nec tollitur. vii, 635, n. 48.

Probabilius est episcopos non posse secundum jus antiquum dispensare in irregularitate homicidii voluntarii illiciti occulti. vii, 580, n. 4.

Probabile tamen est potuisse dispensare quantum ad obtinendum et retinendum beneficium simplex, et quantum ad retinendum beneficium curatum. vii, 581, n. 4.

Episcopi poterant dispensare in administratione ordinum minorum, non tamen in eorum susceptione. vii, 581, n. 5.

Probabilius est non posse episcopos idem circa dispensationem in eadem irregularitate post Concilium Tridentinum. vii, 581, n. 6.

Non possunt episcopi dispensare irregula-

ritate homicidii casualis publici. vii, 582, n. 7.

Bene tamen in irregularitate homicidii occulti. vii, 582, n. 7.

Etiamsi ex malitia alicujus sit deductum ad forum contentiosum. vii, 633, n. 45.

Post Concilium Tridentinum non possunt episcopi dispensare in irregularitate proveniente ex mutilatione voluntaria publica, sive licita, sive illicita. vii, 635, n. 49.

Possunt tamen dispensare in ea quæ provenit ex mutilatione illicita, quæ non est publica. vii, 635, n. 47.

## ERASMUS.

Erasmus erravit dicendo symbolum Apostolorum ab ipsis non fuisse editum. vii, 134, n. 2.

## ERROR.

Error speculativus non fuit primum peccatum in Angelo. iv, 936, n. 14, vide beatitudo, dæmon et Græcorum error.

Error de Deo quantum est ex se contrarius est visioni beatæ, non tamen ejus contrarietas exercetur ex parte subjecti. v, 302, n. 63.

## ERUBESCENTIA.

Erubescencia est species timoris, quando timor est de turpitudine committenda. vi, 226, n. 2, vide timor.

## ESSE.

Esse tale per essentiam dupliciter dicitur: primo quatenus ly per essentiam opponitur ei, quod est per participationem: secundo ut opponatur ei quod est tale accidentaliter, et sic esse tale per essentiam, est essentialiter. i, 685, n. 2.

Aliud est esse essentiae, et aliud esse existentiae. i, 686, n. 4.

Esse creatum est proprius effectus Dei in fieri, et conservari. ii, 2, n. 2; 40, n. 24; 12, n. 4.



Esse, est id quod est magis intimum unicuique rei, et profundius inest omnibus, quia est formalissimum respectu omnium, quæ in aliqua re sunt. II, 2, n. 2; 10, n. 24; 12, n. 4.

Per ly esse res quod est intimum non solum intelligitur esse existentia, sed etiam esse essentia, et in universum de omni eo, quod habet rationem entis participati a Deo. II, 8, n. 17.

Esse sequitur ad formam per se non absolute, sed in quantum tale verbi gratia ad formam humanam sequitur existentia ut humana, id est, ut sic restricta, et limitata et specificata. II, 15, n. 13.

Esse creatum est proprius effectus Dei, non absolute, et quantum ad omnia, nec ut talis speciei, nec ut transmutabile est, sed in quantum communicabile per influxum totalem. II, 15, n. 15.

Esse est effectus proprius Dei, secundum rationem ultimæ actualitatis, et secundum universalitatem suam qua respondet enti ut ens. II, 15, n. 15.

Esse secundum id quod habet de restrictione et specificatione, ex parte talis vel talis naturæ, cuius est esse, correspondet agenti creato quod producendo formam seu naturam producit etiam esse, ut restrictum ad talem formam. II, 15, n. 15.

Esse ubique est proprium Dei. II, 53, n. 2.

Deus dicitur esse ubique quantum ad omnia loca simpliciter, qua est in omnibus locis positivis actu, virtualiter autem etiam in infinitis, quæ poni possunt, et hoc ab intrinseco suæ naturæ. II, 53, n. 2.

Licet Deus sit totus in quolibet loco, non tamen dicitur esse totaliter respectu effectuum. II, 53, n. 2.

Esse ubique duo involvit, scilicet extensionem ad omne ubi, seu ad omnem locum, et modum existendi in quocumque loco, et in quocumque ubi. II, 53, n. 1.

Licet aliqua creatura possit esse ubique secundum quid et per accidens, non tamen simpliciter, neque per se, et ex sua natura. II, 53, n. 1.

Omne esse creatum est a Deo qui est principium totius esse, siquidem est primum et maximum ens. II, 687, n. 2.

Esse reale dicitur duobus modis: primo, ut opponitur enti rationis seu ex nihilo; secundo, ut est idem quod ratum et firmum, et sic opponitur rei non permanenti seu durandi, aut intentionali modo se habenti, quia non firmatur, neque habet radicem in subjecto, sicut colores transeunt per aerem in oculum in speciebus. II, 702, n. 5.

Esse aliquid per essentiam plus dicit, quam

esse aliquid essentiale, nam illud est proprium Dei. v, 290, n. 34.

### ESSENTIA.

Tam divina essentia quam attributa et relationes, et quidquid formaliter est in Deo habent unicam et eandem intelligibilitatem, et immaterialitatem. II, 457, n. 11.

Attributa et relationes etiam prout a nobis concipiuntur distinctione rationis ab essentia, adhuc ex parte sua, seu ex parte rei cognitæ non possunt habere rationem objecti secundarii, licet ex parte modi cognoscendi ex parte nostra dicant connotationem ad creaturas per ordinem ad quas concipiuntur. II, 457, n. 13.

Licet Personæ et attributa pertineant ad objectum primarium fidei inadæquate, non tamen munus et officium speciei convenit attributis et essentia, sed sola essentia reddit intelligibiles relationes, et attributa ut ratio formalis. II, 460, n. 17.

Sola essentia habet rationem principii fecundantis intellectum paternum, per modum principii, et speciei. II, 460, n. 17.

Nulla est similitudo seu representatio divinæ essentia creatæ, tenens se ex parte objecti, id est, habens vicem seu representationem objecti ut est in se. II, 226, n. 6.

Deus non potest beatificare ratione essentia non visis Personis, et ita ratione solius essentia non beatificat, si ly solam excludat Personas ut necessario requisitas ad beatificandum, licet non præsentent ipsam rationem formalem beatitudinis. II, 327, n. 34.

Divina essentia est ens simplicissimum, utpote actus purus, nullam admittens compositionem, neque adjectionem ex sua ratione formali, unde debet constitui in essentia, et singularizari in individuo. II, 150, n. 6.

Essentia divina quomodo ad creaturas comparata a nobis intelligenda. III, 15, n. 9. Qualis est ejus cum eis similitudo. III, 23, n. 41; 25, n. 16.

Essentia divina ut cognita, et attackta seu expressa non est idea, sed ut cognoscens, et exprimens. III, 27, n. 22.

Est similis creaturæ similitudine eminentiali et inadæquate, non formali et limitata. III, 28, n. 25.

Essentia divina non exercet officium ideæ secundum ipsam essentiam absolute sump-tam, sed comparative ad creaturas. III, 30, n. 29.

Essentiæ divinæ ad creaturas comparatio duplex, eminentialis et formalis, utraque explicatur. III, 45, n. 49.

Essentia divina dupliciter accipi potest. IV, 188, n. 4.

Quomodo est, et quomodo non est de conceptu Personarum. IV, 189, n. 6.

Essentia divina, secundum se, est res subsistens, sed non persona. IV, 52, n. 28.

Non valet hoc argumentum: Essentia divina nec gignit, nec gignitur, nec procedit; sed quod nec gignit, nec gignitur, nec procedit, non est Deus: ergo essentia divina non est Deus. Est enim ibi fallacia accidentis. IV, 61, n. 39, 40.

Non valet etiam illud: Relatio, seu persona est essentia: essentia autem est communis: ergo persona est communis. IV, 52, n. 28, vide relatio.

### ESSENIUS.

Esseni Judæorum secta quid de gratia et libero arbitrio sentirent. III, 142, n. 2.

### EUBULIA.

Eubulia est virtus quæ ponitur pro consilio, pertinet quæ ad intellectum, sicut synesis et prudentia. v, 600, n. 21, vide prudentia et synesis.

Eubulia est virtus consiliativa, sive inquisitiva. VII, 833, n. 1.

### EUCCHARISTIA.

In eucharistia quoad sumptionem considerata mittitur Filius ad sumentem: in eucharistia vero quoad consecrationem mittitur Filius specialiter ad sacramentum. IV, 461, n. 16.

Sub specie aliena; et sic est visibilis per aliud, non per se. IV, 461, n. 16, vide præsentia realis.

Eucharistiam suscipiens ex unitate vel alio peccato veniali, si tamen sit in gratia, recipiet fructum illius. v, 756, n. 44.

Eucharistia est sacramentum dignissimum. VII, 132, n. 9.

Pro sacramento eucharistiæ ponitur specia-

lis articulus, et quare. VII, 133, n. 10, vide sacramentum eucharistiæ.

Eucharistia verum sacramentum, a reliquis distinctum. S. Thomæ ratio vindicata. IX, 386.

Eucharistia verus animæ cibus et, ejus vita. Augmentum distinctum ab eo qui est proprius confirmationis. IX, 388.

Eucharistia essentialiter et in recto, species consecrata, pro quibus supponit Christi corpus extrinsece connotatum, ut in eis contentum et adoratum. Verba consecrationis, ipsa pars sacramenti et forma intrinseca (etsi efficiens) in genere signi. IX, 390.

Christi corpus sacramenti effectus; in eo res et sacramentum; unum cum sacramento, unumque sacramentum. Ejus caro cibus in quem convertamur, non ipsa signum aut sacramentum. IX, 392.

Sacerdos, eucharistiæ causa efficiens: ejus materia remota, et proxima; removenda illa, hæc ponenda. Eucharistia unum specie sacramentum, ut unum convivium unaque refectio: unitas numerica quæ, et unde. IX, 398.

Qualibet species ipsa sacramentum essentialiter. Eandem gratiam utraque conferri, ac una, quod totus in qualibet Christus. Auctoris sententia: verius forte aliam et aliam utraque præstari, ut non est tota significatio in una; nulla tamen hinc laicos gratia necessaria privari, aut affici injuria. IX, 404.

Eucharistiæ ipsa realis sumptio non necessaria absolute ut medium. IX, 410.

Baptismi et eucharistiæ in necessitate discrimen. IX, 412.

Eucharistia necessaria in voto, et non necessaria. Quid illud Eucharistiæ votum, sine quo non est salus. Eucharistia finis et consummatio omnium sacramentorum. IX, 412.

Utraque necessario consecranda species jure divino, in quo nihil relaxare Ecclesiæ liceat, nulla cogat necessitas. Dispensasse aliquando, commentitium. Juris divini relaxatio, qualis ei concessa. Excepta semper intelligitur sacramentorum substantia. IX, 425.

Eucharistiæ materia certa et dubia. Fermenti ritus aut azymi accidentalis, sub gravi præcepto cuique servandus pro ritu suæ Ecclesiæ. Nec satis caute, qui Græcos in azymo cogunt facere. IX, 433.

Aqua vino miscenda ex Ecclesiæ præcepto. Divinum videtur Cyprianus velle; sed large, pro eo quod est fundatum in Christi exemplo. Quid illa fiat, variæ sententiæ: tunc solum verti in sanguinem, cum



prius fuerit conversa in vinum, auctoris sententia, ipsa magis Innocentio III probata. ix, 441.

Eucharistiæ veritas, et transsubstantiatio, veraque conversio elementorum in corpus et sanguinem Christi stabilita. ix, 455.

Rite ex ipsis verbis Dominicis illata. ix, 463.

Vera manducatio discipulis intellecta, nec correctæ. Adoranda eucharistia. ix, 459.

In eucharistia figura cum veritate. ix, 461.

Conversio totalis, ipsa formalis in eucharistia; in ea mutatio metaphysica, etsi vera et realis. ix, 469.

Terminus, Christi corpus ut ex pane, et cum nova dependentia, quod sit reproductum. ix, 469.

Divina virtute potest quodlibet in quodlibet converti, uno ipso Deo excepto. ix, 475.

Transsubstantiatio, alia a creatione actio. Ejus subjectum et non subjectum. Panem non annihilari, una S. Thomæ ratio evincit. ix, 484.

Christi corporis in sacramento vera præsentia: ejus singularis modus, nec oculo corporeo ulla virtute visibilis. ix, 492.

Sed nec Angelus videre potest naturali lumine. ix, 496.

Christus Dominus consuetis verbis consecravit et Ecclesiæ traditis: quibus scilicet significatur conversio elementorum in corpus et sanguinem Christi. Reliqua ad substantiam formæ pertinere possunt: non tamen sunt de essentia. Græcorum invocatio quo spectet post verba Dominica. ix, 501.

Causant physice conversionem. ix, 511.

Eucharistiæ effectus gratia, sed non prima: quandoque et prima per accidens, ex communi ratione sacramenti sui que eminentia. ix, 516, 523.

Gloria, resurrectio corporum, mitigatio fœmitis: non est tamen horum omnium causa physica. ix, 518.

Pœnarum remissio illi propria ut est sacrificium. Causat in ipsa traiectione specierum. Remissio venialium, ejus ex opere operato effectus, sine etiam formali actu charitatis. ix, 519.

Eucharistiæ effectus proprius gratia cibans: communis, ipsa gratia, si desit in subjecto, nec obex ex malitia sit, vel ignorantia excusaverit. Dispositio per se et per accidens ac permissive. ix, 460.

Ei qui sibi conscius sit peccato mortali necessario præmittenda confessio, jure divino a Paulo promulgata. ix, 530.

Eucharistiæ capax omnis baptizatus. Data olim parvulis; nunc pro periculo irreverentiæ illis negata. Amentibus per intervalla lucida, vel etiam in extremis, cum

ad eam ante devotionem habuerint, secluso irreverentiæ periculo, dari debet. ix, 528, 534.

Jejunii naturalis legem excusat viatici necessitas, potestque sæpius iterari in eadem ægritudine, ac quoties ægroto ipsa devotio ac necessitas prudenter suaserit, ac per dierum aliquot intervalla. ix, 533.

Unicum verum in Ecclesia sacrificium, nempe eucharisticum. Vexatur pro eo Malachiæ locus et Danielis. ix, 547.

Pauli solutus de una Christi oblatione. Iteratio sacrificii ut imperfecta. Sacrificium eucharisticum, ipsum spiritualis cultus, a Christo primum in cœna exhibitus, et ab eo Ecclesiæ traditus. ix, 550.

Sacrificium eucharisticum, ipsum non consummativum nostræ salutis, sed sacrificium crucis. Tota ejus ratio in consecratione posita, quæ mystica Christi immolatio est: sumptio solum connotata, ut ad quam ordinetur immolatio. ix, 556.

Eadem hic consecrandi actio et offerendi, ponendi victimam et immolandi. ix, 561.

Sacrificium eucharistiæ propitiatorium et impetratorium. Impetratio ipsa non infallibilis; ad omnia se extendit. Remissio pœnæ proprius per se effectus, non remissio peccati aut infusio gratiæ. Incertum remittere venialia directe. ix, 563.

Sacrificii eucharistiæ valor infinitus. Determinatio effectus ex dispositione ejus quo offertur, non ex ministri voluntate. ix, 566.

Prodest pro quibus offertur (vinis et mortuis) in gratia constitutus: peccatoribus solum per modum impetrationis. ix, 568, vide, missa, sacramentum, et sacrificium.

## EUGENIUS.

Injuste fuit depositus a Concilio Basiliensi, et in hoc non Concilium fuit legitimum, nec cum approbatione legatorum facta depositio. vii, 210, n. 25.

Eugenius papa cassavit Concilium Basiliense, et illud transtulit Florentiam, ibique legitime celebratum est Concilium Florentinum. vii, 210, n. 25.

## EUTRAPELIA.

Eutrapelia virtus circa res ludicras moderate tractandas disponit. v, 821, n. 38.

Eutrapelia est pars potentialis temperantiæ, estque species modestiæ, quæ versatur circa ludos. vi, 488, n. 4, vide modestia et temperantia.

## EUTYCHIUS.

Euty chius, vide subtilitas.

## EVA.

Eva vere et realiter et non metaphorice ut docent aliqui, fuit formata ex costa Adami. ii, 763, n. 13.

Costa ex qua Eva fuit formata non erat supernumeraria, nec aliquid importabat monstruositatis, vel deformitatis, tum quia erat occulta, nec impediabat actiones Adami, neque augebat notabiliter ejus magnitudinem. ii, 766, n. 18.

Costa ex qua Eva formata fuit, crevit per additionem seu conversionem alterius materiæ. ii, 766, n. 20.

Quidam sentiunt non ablatam fuisse costam nudam ab Adamo, sed cum particulis carnis. ii, 767, n. 21.

Eva immediate a Deo facta fuit sicut et Adam. ii, 767, n. 23.

Costa qua formata fuit Eva fuit ablata absque dolore. ii, 767, n. 23, vide homo.

Quod Eva in nobiliori loco formata fuerit, scilicet in paradiso, hoc non fuit propter dignitatem mulieris, sed propter dignitatem principii, a quo erat oriunda. ii, 775, n. 35.

Eva amisit fidem consentiendo serpenti, non autem Adam. viii, 602, n. 14.

## EVANGELIUM.

Aliud est evangelizare, et aliud evangelium explicare. i, 441, n. 21.

Evangelizare præter id quod evangelizatum est, est aliud evangelium condere. Explicare est circa illius intelligentiam melius se habere. i, 441, n. 21.

## EVENTUS.

Eventus secutus ex actu exteriori quando superaddat actui malitiam vel bonitatem, et quando non. vi, 89, n. 28, vide damnum.

THEOLOGIA X.

## EVIDENTIA.

Evidentia est ratio formalior respectu intelligibilium sub qua cæteri rationes formales continentur. v, 106, n. 41.

Evidentia credibilitatis attingitur a dono intellectus cum debita et recta æstimatione finis ultimi. vi, 613, n. 31.

Evidentia non stat cum fide, vide fides.

Evidentia in attestante dari potest sine hoc quod Deus videatur. vii, 37, n. 4.

Hæc autem evidentia se sola et formaliter non contrariatur fidei, bene tamen ut conjuncta aliis evidentibus propositionibus cum quibus discursus formatur. vii, 38, n. 3.

Oppositum hujus probabiliter defenditur. vii, 38, n. 4; 46, n. 6.

Evidentia credibilitatis mysteriorum fidei certo constat dari. vii, 44, n. 2.

Quæ compatitur cum fide eorundem mysteriorum. vii, 46, n. 6.

Evidentia credibilitatis cognitæ ut objectum distinctum non oritur ex fide, sed ex experientia. vii, 49, n. 13.

Attingitur tamen ab habitu fidei in ipso exercitio credendi per modum conditionis requisitæ ex parte objecti. vii, 50, n. 15.

Judicium de evidentia credibilitatis ut exercitiæ, est actus distinctus ab assensu credendi. vii, 52, n. 22.

## EXCÆCATIO.

Excæcatio et obduratio consistunt in denegatione gratiæ efficaciæ, et aliquarum gratiarum sufficientium, non tamen omnium. vi, 827, n. 13.

## EXCELLENTIA.

Major excellentia est venerari dulcia propter se quam latria propter aliud. vii, 637, n. 56.

Excellentia divina non est ratio formalis colendi creaturas. vii, 671, n. 17.

## EXCOMMUNICATIO.

Ad incurrandam excommunicationem non est necessarium quod quis percutiat clericum ea intentione quia clericus est. vii, 623, n. 18.

10.



## EXCOMMUNICATUS.

Pro excommunicatis non possumus orare oratione publica, bene tamen privata. vii, 799, n. 10; 800, n. 13.

Pro excommunicato tolerato non potest sacerdos pauper ad sui sustentationem offerre sacrificium missæ. vii, 800, n. 45.

## EXECUTIO.

Executionis ordo est decretum, et actus voluntatis ab ordine intentionis distinctus et derivatus. iii, 329, n. 22.

Ordo executionis incipit ab electione. viii, 43, n. 10.

## EXEMPLAR.

Exemplar externum non est formaliter idea, et quid si esset objective, et fundamentaliter exemplar. iii, 78, n. 34.

Internum et externum quomodo species emittendo concurrant. iii, 18, n. 34.

## EXEMPLARIS.

Exemplares virtutes dicuntur tales, prout inveniuntur in Deo, qui est exemplar omnium virtutum. vi, 502, n. 44.

Exemplares virtutes, quæ sunt moderativæ passionum, neque in Deo, neque in Angelis, neque in incapacibus passionum ponuntur. vi, 507, n. 59.

## EXISTENTIA.

Existencia non convenit naturæ nisi medio supposito, ita quod licet natura sit principium quo, tamen non redditur capax recipiendi existentiam ut quod nisi suppositata. i, 567, n. 2.

Existencia non solum unitur immediate ipsi supposito, ut objecto denominationis, sed etiam unitur ipsi supposito, ut immediate susceptivo coexistentiæ, et tamquam ei quod est ratio recipiendi talem unionem, et constituendo ex illo resultantem. i, 569, n. 4.

Non est par ratio de unione naturæ, et existentiam, et unione naturæ et accidentium, sicut de unione materiæ et formæ. i, 569, n. 4.

Ad ipsam existentiam formaliter solum pertinet reddere, et ponere rem extra causas, quod vero sit hujus vel illius perfectionis totum pendet ex natura, seu subjecto cuius est existentia. i, 569, n. 5.

Nomine existentiam intelligitur communiter illud quo aliquid denominatur positum extra causas, et extra nihil in facto esse. i, 574, n. 14.

Existencia et esse idem sunt in Deo. i, 575, n. 2.

In omnibus creaturis existentia et esse distinguuntur. i, 575, n. 2.

Existencia distinguitur a subsistentia, et utrum ab essentia. i, 575, n. 2.

Existencia non habet radicem in ipsa natura, sed præcise advenit ei ab extrinseco. i, 575, n. 2.

Existencia est communis substantiam et accidenti, subsistentia minime. i, 575, n. 2.

Existencia et esse recipitur in supposito, et non in natura. i, 575, n. 2.

Existencia distinguitur realiter ab essentia, et non solum ratione. i, 578, n. 6.

Ponitur compositio inter essentiam et existentiam etiam in Angelis. i, 579, n. 8.

Essentia Angeli et cujuscumque rei præter Deum est in potentia receptiva ad existentiam. i, 579, n. 8.

Major est differentia inter essentiam et existentiam, quam inter subsistentiam et naturam. i, 585, n. 18.

Existencia non est modus, sed realitas. i, 585, n. 18.

In quo consistat differentia inter subsistentiam et existentiam. i, 586, n. 21.

Existencia humanitatis in Christo suppletur per existentiam Verbi, et quomodo. i, 587, n. 22.

Nullum est inconveniens quod inter essentiam et existentiam detur relatio realis, sicut inter materiam et formam. i, 591, n. 33.

Esse existentiam aliud est ab esse essentiam. i, 591, n. 34.

Esse essentiam provenit a forma constituyente naturam, et est effectus formalis ejus. i, 594, n. 34.

Esse existentiam est etiam effectus formalis formæ, sed non formas constituentis, (quæ est pars naturæ) sed formæ supervenientis naturæ ex partione agentis, et hæc est existentia. i, 594, n. 34.

Existencia dupliciter consideratur, uno modo absolute, ut præcise habet hunc effectum qui est ponere rem extra causas: alio modo ut limitata et determinata ad talem speciem, quod sit existentia hominis vel equi. i, 594, n. 34.

Existencia in se nihil est quam ratio ipsa, et actualitas præbens formaliter esse. i, 592, n. 36.

In accidentibus datur distinctum esse seu existentia, ab existentia substantiali. i, 593, n. 38.

Existencia dicit realitatem accommodatam rei existenti. i, 593, n. 38.

Existencia in rebus compositis et unica est, et indivisibilis formaliter, sed virtualiter divisibilis. i, 595, n. 3.

Existencia dicitur divisibilis participative, et ex vi suæ informationis, seu modi informandi, dicitur etiam quanta per accidens. i, 597, n. 7.

Existencia est tota in toto, et inadæquate seu participative in partibus, non divisive, quia cum dicat rationem ultimi est indivisibilis. i, 597, n. 7.

Existencia eo modo est in partibus, quo punctum in partibus lineæ, in quibus non extenditur formaliter, sed virtualiter, illas omnes terminando. i, 597, n. 7.

Existencia Angeli est simplicior existentia corporis, quia est abstractio a materia, et sic non extenditur ad partes rei, neque immediate, neque mediate. i, 598, n. 11.

Repugnat existentiam dividi in partes, quia existentia est actus terminans ut ultima actualitas rei productæ, terminus autem dicitur rationem ultimi quod non dividitur, sed indivisibili modo terminat. i, 598, n. 11.

Existencia nunquam habet potentialitatem in ratione existentiam ad ulteriorem perfectionem, vel esse. i, 600, n. 11.

Existencia est actus immediatus suppositi. i, 601, n. 12, 13.

Existencia simpliciter prout distinguitur a coexistentia est actus suppositi, seu totius, sed participative convenit partibus. i, 601, n. 16.

Existencia est simpliciter perfectior actualitas quam essentia. i, 602, n. 17.

Existencia non se habet tamquam accidens prædicamentale, licet sit accidens prædicabile, quia contingenter dicitur de quacumque re creata. i, 604, n. 21.

Existencia creata duplex est conceptus, scilicet id quod ex suo genere præcise dicit, et id quod habet ex participatione essentiam, et naturæ cuius est existentia. i, 605, n. 22.

Existencia seu esse, ut participatum in essentia talis vel talis speciei habet imperfectionem juxta modum illius. i, 605, n. 23.

Existencia seu forma se habet ut principium et ratio existentiam, existentia vero ut effectus et complementum ejus. i, 605, n. 23.

Essentia ordinatur ad existentiam, sicut actus primus ad secundum in genere entis. i, 607, n. 26.

Existencia subordinatur essentiam in genere limitationis et specificationis. i, 609, n. 26.

Proprius actus entis est existentia. i, 600, n. 45.

Existencia convenit realitati, ut realitas est. i, 631, n. 29.

Alio modo res est in sua existentia, et alio modo in virtute suæ causæ. i, 645, n. 2.

Existencia est actus secundus, et forma est actus primus. i, 673, n. 4.

Existencia in eo quod existentia non est ulterius in potentia, quare est actus ultimus entitativus in essendo. i, 673, n. 4.

Existencia supponit actum primum entitativum, sicut operatio essentialiter supponit actum primum operativum. i, 673, n. 4.

Existencia quia in actualitate est perfectior et ex integro conceptu est actus ultimus, necessario supponit alios actus, qui non sunt ultimi, sed in potentia ad ipsum. i, 673, n. 4.

Existencia non potest determinari, et limitari ad aliquam speciem, nisi ratione formæ constituentis determinatam naturam specificam. i, 674, n. 5.

Si existentia conveniret immediate materiæ primæ carenti omni forma, et actu puro, non haberet in se unde determinaret illam existentiam, quia materia de se neque est species, cum non sit totalis natura, sed pars, seu principium ejus, neque est principium determinans et formaliter constituens naturam, cum de se sit principium indifferens et indeterminatum et in potentia ad omnes formas. i, 674, n. 5.

Existencia est actus ultimus entitativus nulli rei creatæ conveniens quidditative. i, 674, n. 5.

Licet existentia non sit radicaliter in substantia quantum ad connexionem, et specificationem, reducitur tamen ad ipsam; quantum ad limitationem et specificationem quam habet ex illa. i, 687, n. 6.

Existencia est prædicatum accidentale rei creatæ, et similiter operatio, quia exit ab ipsa natura jam constituta, et procedit ab ea. i, 687, n. 6.

Essentia rei sine existentia solum est ens in potentia et non actu appetibilis et bona, et sine operatione, et manet privata aliquo fine. i, 687, n. 6.

Existencia ad constituendum compositum, non se habet ut causa, sed ut effectus, seu quid consecutum, ad finalizandum autem in intentione se habet ut causa. i, 689, n. 12.



Seclusa existentia res possibles dicuntur habere diversam perfectionem essentialem. i, 690, n. 45.

Deus existit intime in rebus, cujus rei datur duplex ratio. ii, 2, n. 1.

Existentia in rebus creatis se habet ut conditio agendi, non ut ratio. ii, 14, n. 11.

Nulla existentia correspondet creaturæ, tamquam proprius effectus. ii, 14, n. 11.

Existentia non est propria forma, et per se primo conveniens creaturæ alicui, sed est conveniens Deo essentialiter. ii, 14, n. 11.

Cum existentia Dei conveniunt vivere, et intelligere, quia sunt de conceptu essentiali Dei, in quantum dicunt rationem actus puri, sed differunt in participatione. ii, 14, n. 12.

Existentia nunquam potest reduci in creaturam tamquam effectus proprius. ii, 14, n. 12.

Existentia sequitur ad formam humanam ut humana, id est, ut sic restricta, et limitata, et specificata. ii, 15, n. 13.

In existentia duo s'nt consideranda. Primum, ratio ultimæ actualitatis, secundum quam esse correspondet enti, ut ens est; secundum, ipsa specificatio, et limitatio existentie, secundum quam pertinet ad talem vel talem naturam. ii, 15, n. 15.

Existentia producitur ab agente creato, saltem sub ratione transmutari, et secundum specificationem, quam habet a forma. ii, 15, n. 15.

Deus est in se ipso, non per contactum, sed per identitatem et existentiam: contactus enim est ad alterum non ad se. ii, 28, n. 1.

Deus non habet immediate existentiam presentem ad spatia imaginaria, ita quod ex vi illius presentie possit intelligi presens alicui ponibili in spatio imaginario. ii, 32, n. 12.

Deus non est absens a spatiis imaginariis quantum ad virtutem, quia potest in illis creaturas producere, non quantum ad actualem existentiam. ii, 34, n. 17.

Existentia non est prædicatum essentiali, neque transcendentale, aut intrinsecum alicui rei creatæ, sed est pure contingens, et conveniens creaturæ, ex pura voluntate et beneficio Dei, et sic nunquam facit propositionem æternæ veritatis. ii, 696, n. 12.

Existentia non est actus constituens naturam, aut aliquem gradum, seu prædicatum naturæ, sed constitutum supponit, quia solum ponit illam extra causas. ii, 696, n. 13.

Existentia non plurificatur juxta pluralitatem partium, sed est unicus terminus, et

actus ipsius suppositi, seu totius. ii, 697, n. 15.

Unica existentia sufficit pro omnibus partibus constituentibus ipsum totum, sicut sufficit unica subsistentia pro unico supposito. ii, 697, n. 15.

Existentia est actus communissimus, id est, conveniens omni enti, neque ad aliud deservit, nisi ut ponat extra causas. ii, 698, n. 17.

Existentia rei a duplici principio dependet. iii, 321, n. 8.

Medina existimat non distingui existentiam a subsistentia. iv, 218, n. 21.

Et tamen revera distinguuntur penes suos effectus. iv, 218, n. 21.

Existentia est propria suppositi, seu subsistentis. iv, 258, n. 15.

Existentia non resultat ex propriis principiis naturæ, sed a Deo datur, et recipitur in natura, et ideo hæc multiplicari potest toties, quoties Deus voluerit annihilare, et reproducere eundem numero Angelum. iv, 597, n. 22.

Existentia non multiplicatur in relationibus divinis. iv, 218, n. 21.

Existentia est esse, quo aliquid est extra nihil, et extra puram possibilitatem in actu, et sic se habet, ut ultimum in ratione actus entitativi. iv, 218, n. 21.

Existentia nulli rei creatæ, etiam incorruptibili est essentialis. v, 48, n. 9; 303, n. 65.

Existentie comparatur intelligere a D. Thoma, et quomodo. v, 184, n. 37.

Existentia terminative se habet respectu naturæ. v, 188, n. 43.

Existentia ab essentia sumit suam perfectionem. vi, 320, n. 14.

Realiter distinguitur a natura creata. viii, 126, n. 11; 544, n. 5.

Non est terminus formalis generationis. viii, 136, n. 22.

Dupliciter potest recipi, vel subjective, vel terminative. viii, 516, n. 14.

## EXISTO.

Nulla res dicitur existere, nisi in se realiter ponatur extra causas. i, 574, n. 14.

Operatio Dei est formalis ratio existendi in creaturis, non præcise ut se tenet ex parte Dei, sed ut infert et connotat immutationem passivam in creatura. ii, 26, n. 23.

Quando Deus dicitur existere in rebus per potentiam, ly per potentiam non sumitur pro potentia ut exequente ad extra, sed ut dirigente et gubernante. ii, 26, n. 23.

Quando Deus dicitur existere in rebus per essentiam, est idem atque esse per suam substantiam, non ita, quod ipsa substantia sit ratio formalis reddendi presentem, sed sit id, quod redditur presentem ut quod; ratio vero presentie ut quo est ipsa operatio potentie, ut physice tangens et influens, non ut solum gubernans. ii, 28, n. 27.

Deus non existit actu in spatiis imaginariis. ii, 30, n. 4.

Quotquot loca ponantur etiam infinita, Deus existit in quolibet. ii, 30, n. 4.

Deus ante omnem creaturam a se productam existit quidem in se, ad quod non requiritur presentia, sed sufficit existentia, qua in se existens est. ii, 30, n. 6.

Deus dicitur esse in spatiis imaginariis per virtutem infinitam et immensam, quia potest in quacumque designatione spatii producere rem aliquam existendo in illa per contactum immutativum. ii, 30, n. 6.

Hæc est differentia inter spiritualem substantiam creatam, et spiritualem substantiam creatam, quod hæc existendo non respicit in spatio imaginario aliquid quod possit facere in illo, bene tamen Deus. ii, 32, n. 11.

Deus existit supra mundum et extra mundum non spatiis locorum, sed ineffabili et singulari potentia. ii, 34, n. 47.

Deus existit supra totum modum dissimilitudine naturæ, non distantia spatii. ii, 34, n. 17.

Deus per excellentiam existit formaliter in se, et virtualiter nunquam abest. ii, 35, n. 19.

Deus existit in imaginariis et præteritis et futuris non actu sed virtute. ii, 35, n. 20.

Tres sunt modi generales existendi Dei in rebus, per essentiam, per presentiam, et per potentiam. ii, 41, n. 1.

Per tres istos modos existendi in rebus, excluduntur tres errores qui fuerunt circa divinam, et subjectionem creaturarum ad ipsam. ii, 44, n. 10.

Quo modo Deus existat in anima per gratiam. ii, 46, n. 132, vide gratia.

Existens in Deo non est quid contingens. iv, 218, n. 21.

## F.

## FABER.

Faber Stapulensis, vide Angelus.

## EXPERIOR.

Experiri libertatem in aliqua re particulari potest esse finis ultimus appetentis. v, 140, n. 14.

## EXPOSITORIUS.

In syllogismo expositoryo medium debet perfecte singularizari. iv, 66, n. 47.

## EXPULSIO.

Expulsio Angeli per Angelum non arguit duos Angelos in eodem loco coexistere. iv, 653, n. 31.

## EXTENSIO.

Extensionis augmentum in habitibus non fit per collectionem plurium qualitatum, nec per compositionem illarum, sed per novum modum. vi, 296, n. 10.

Quod quidem extensionis augmentum fit per extrinsecam additionem, id est, ad novum materiale objectum sub eadem ratione formali se extendens idem habitus. vi, 297, n. 13.

Cum quo extensionis augmento stat bene habitum augeri secundum essentiam, cum augetur secundum respectum ad suum specificativum. vi, 297, n. 14; 331, n. 9.

Extensionis augmentum non fit solum penes extrinsecam appositionem objecti, vel materie, sed per intrinsecam perfectionem realem in ipso habitu, qui augetur. vi, 296, n. 11.

Extensionis augmentum convenit habitibus probativis, seu discursivis. vi, 304, n. 32.

Non virtutibus moralibus, sive acquisitis, sive infusis, nec charitati, fidei, et spei, neque habitui primorum principiorum. vi, 305, n. 33.

## FACIO.

Facere quod in se est quomodo intelligi de-



Seclusa existentia res possibles dicuntur habere diversam perfectionem essentialem. i, 690, n. 45.

Deus existit intime in rebus, cujus rei datur duplex ratio. ii, 2, n. 1.

Existentia in rebus creatis se habet ut conditio agendi, non ut ratio. ii, 14, n. 11.

Nulla existentia correspondet creaturæ, tamquam proprius effectus. ii, 14, n. 11.

Existentia non est propria forma, et per se primo conveniens creaturæ alicui, sed est conveniens Deo essentialiter. ii, 14, n. 11.

Cum existentia Dei conveniunt vivere, et intelligere, quia sunt de conceptu essentiali Dei, in quantum dicunt rationem actus puri, sed differunt in participatione. ii, 14, n. 12.

Existentia nunquam potest reduci in creaturam tamquam effectus proprius. ii, 14, n. 12.

Existentia sequitur ad formam humanam ut humana, id est, ut sic restricta, et limitata, et specificata. ii, 15, n. 13.

In existentia duo s'nt consideranda. Primum, ratio ultimæ actualitatis, secundum quam esse correspondet enti, ut ens est; secundum, ipsa specificatio, et limitatio existentie, secundum quam pertinet ad talem vel talem naturam. ii, 15, n. 15.

Existentia producitur ab agente creato, saltem sub ratione transmutari, et secundum specificationem, quam habet a forma. ii, 15, n. 15.

Deus est in se ipso, non per contactum, sed per identitatem et existentiam: contactus enim est ad alterum non ad se. ii, 28, n. 1.

Deus non habet immediate existentiam presentem ad spatia imaginaria, ita quod ex vi illius presentie possit intelligi presens alicui ponibili in spatio imaginario. ii, 32, n. 12.

Deus non est absens a spatiis imaginariis quantum ad virtutem, quia potest in illis creaturas producere, non quantum ad actualem existentiam. ii, 34, n. 17.

Existentia non est prædicatum essentiali, neque transcendentale, aut intrinsecum alicui rei creatæ, sed est pure contingens, et conveniens creaturæ, ex pura voluntate et beneficio Dei, et sic nunquam facit propositionem æternæ veritatis. ii, 696, n. 12.

Existentia non est actus constituens naturam, aut aliquem gradum, seu prædicatum naturæ, sed constitutum supponit, quia solum ponit illam extra causas. ii, 696, n. 13.

Existentia non plurificatur juxta pluralitatem partium, sed est unicus terminus, et

actus ipsius suppositi, seu totius. ii, 697, n. 15.

Unica existentia sufficit pro omnibus partibus constituentibus ipsum totum, sicut sufficit unica subsistentia pro unico supposito. ii, 697, n. 15.

Existentia est actus communissimus, id est, conveniens omni enti, neque ad aliud deservit, nisi ut ponat extra causas. ii, 698, n. 17.

Existentia rei a duplici principio dependet. iii, 321, n. 8.

Medina existimat non distingui existentiam a subsistentia. iv, 218, n. 21.

Et tamen revera distinguuntur penes suos effectus. iv, 218, n. 21.

Existentia est propria suppositi, seu subsistentis. iv, 258, n. 15.

Existentia non resultat ex propriis principiis naturæ, sed a Deo datur, et recipitur in natura, et ideo hæc multiplicari potest toties, quoties Deus voluerit annihilare, et reproducere eundem numero Angelum. iv, 597, n. 22.

Existentia non multiplicatur in relationibus divinis. iv, 218, n. 21.

Existentia est esse, quo aliquid est extra nihil, et extra puram possibilitatem in actu, et sic se habet, ut ultimum in ratione actus entitativi. iv, 218, n. 21.

Existentia nulli rei creatæ, etiam incorruptibili est essentialis. v, 48, n. 9; 303, n. 65.

Existentie comparatur intelligere a D. Thoma, et quomodo. v, 184, n. 37.

Existentia terminative se habet respectu naturæ. v, 188, n. 43.

Existentia ab essentia sumit suam perfectionem. vi, 320, n. 14.

Realiter distinguitur a natura creata. viii, 126, n. 11; 544, n. 5.

Non est terminus formalis generationis. viii, 136, n. 22.

Dupliciter potest recipi, vel subjective, vel terminative. viii, 516, n. 14.

## EXISTO.

Nulla res dicitur existere, nisi in se realiter ponatur extra causas. i, 574, n. 14.

Operatio Dei est formalis ratio existendi in creaturis, non præcise ut se tenet ex parte Dei, sed ut infert et connotat immutationem passivam in creatura. ii, 26, n. 23.

Quando Deus dicitur existere in rebus per potentiam, ly per potentiam non sumitur pro potentia ut exequente ad extra, sed ut dirigente et gubernante. ii, 26, n. 23.

Quando Deus dicitur existere in rebus per essentiam, est idem atque esse per suam substantiam, non ita, quod ipsa substantia sit ratio formalis reddendi presentem, sed sit id, quod redditur presentem ut quod; ratio vero presentie ut quo est ipsa operatio potentie, ut physice tangens et influens, non ut solum gubernans. ii, 28, n. 27.

Deus non existit actu in spatiis imaginariis. ii, 30, n. 4.

Quotquot loca ponantur etiam infinita, Deus existit in quolibet. ii, 30, n. 4.

Deus ante omnem creaturam a se productam existit quidem in se, ad quod non requiritur presentia, sed sufficit existentia, qua in se existens est. ii, 30, n. 6.

Deus dicitur esse in spatiis imaginariis per virtutem infinitam et immensam, quia potest in quacumque designatione spatii producere rem aliquam existendo in illa per contactum immutativum. ii, 30, n. 6.

Hæc est differentia inter spiritualem substantiam creatam, et spiritualem substantiam creatam, quod hæc existendo non respicit in spatio imaginario aliquid quod possit facere in illo, bene tamen Deus. ii, 32, n. 11.

Deus existit supra mundum et extra mundum non spatiis locorum, sed ineffabili et singulari potentia. ii, 34, n. 47.

Deus existit supra totum modum dissimilitudine naturæ, non distantia spatii. ii, 34, n. 17.

Deus per excellentiam existit formaliter in se, et virtualiter nunquam abest. ii, 35, n. 19.

Deus existit in imaginariis et præteritis et futuris non actu sed virtute. ii, 35, n. 20.

Tres sunt modi generales existendi Dei in rebus, per essentiam, per presentiam, et per potentiam. ii, 41, n. 1.

Per tres istos modos existendi in rebus, excluduntur tres errores qui fuerunt circa divinam, et subjectionem creaturarum ad ipsam. ii, 44, n. 10.

Quo modo Deus existat in anima per gratiam. ii, 46, n. 132, vide gratia.

Existens in Deo non est quid contingens. iv, 218, n. 21.

## F.

## FABER.

Faber Stapulensis, vide Angelus.

## EXPERIOR.

Experiri libertatem in aliqua re particulari potest esse finis ultimus appetentis. v, 140, n. 14.

## EXPOSITORIUS.

In syllogismo expositoryo medium debet perfecte singularizari. iv, 66, n. 47.

## EXPULSIO.

Expulsio Angeli per Angelum non arguit duos Angelos in eodem loco coexistere. iv, 653, n. 31.

## EXTENSIO.

Extensionis augmentum in habitibus non fit per collectionem plurium qualitatum, nec per compositionem illarum, sed per novum modum. vi, 296, n. 10.

Quod quidem extensionis augmentum fit per extrinsecam additionem, id est, ad novum materiale objectum sub eadem ratione formali se extendens idem habitus. vi, 297, n. 13.

Cum quo extensionis augmento stat bene habitum augeri secundum essentiam, cum augetur secundum respectum ad suum specificativum. vi, 297, n. 14; 331, n. 9.

Extensionis augmentum non fit solum penes extrinsecam appositionem objecti, vel materie, sed per intrinsecam perfectionem realem in ipso habitu, qui augetur. vi, 296, n. 11.

Extensionis augmentum convenit habitibus probativis, seu discursivis. vi, 304, n. 32.

Non virtutibus moralibus, sive acquisitis, sive infusis, nec charitati, fidei, et spei, neque habitui primorum principiorum. vi, 305, n. 33.

## FACIO.

Facere quod in se est quomodo intelligi de-



beat in materia de gratia, vide gratia et Semipelagiani. vi, 853, n. 4.

## FALSITAS.

Falsitas a fallentia dicta. iii, 71.  
An sit in rebus extra intellectum. iii, 71.  
Non invenitur formaliter in sensu. iii, 71.  
Opponitur contrarie veritati. iii, 71.  
Ubi falsitas invenienda. iii, 86, n. 27.  
Falsitas ibi est ubi veritas. iii, 86, n. 29.  
Non datur transcendentalis. iii, 86, n. 29.  
Falsitas in quo vero est contraria. iii, 86, n. 29.  
Falsitatis seu fictionis negatio veritatem non constituit, sed supponit. iii, 90, n. 39.  
Falsitas et veritas in sola compositione et divisione proprie reperitur. iii, 120, n. 16.

## FALSUS.

Falsum non est in rebus, sed in mente. iii, 86, n. 29.  
Falsum non est objectum intellectus. iii, 115, n. 3.  
Falsum in rebus non datur, nisi in ordine ad intellectum nostrum. iii, 115, n. 4.

## FAMA.

Fama nequit esse beatitudo. v, 164, n. 4, vide divitiæ, honor, potestas et voluptas.  
Fama et honor sunt subjective in honorante, sed fundamentaliter in honorato. viii, 9, n. 8.

## FATUM.

De fato et libero arbitrio Pharisei et Sadducei quid sentirent. iii, 143, n. 3.

## FELICITAS.

Felicitas, vide beatitudo.  
Felicitas vita est secundum Aristotelem. v, 169, n. 2.  
Felicitas ad contemplationem pertinet estque in parte animæ rationali essentialiter, in parte autem sensitiva participative, ut

scilicet obediatur rationi. vi, 429, n. 46, vide virtus moralis.

## FELIX.

Felix papa prius fuit antipapa subrogatus ab Acacio in locum Liberii, postea autem fuit rite electus, et hæresim damnavit. vii, 231, n. 6, vide Liberius papa.

## FEMINA.

Quam antiquum velamen respectu feminarum. vii, 893, n. 5.  
Varia exempla feminarum velamine incedentium. vii, 895, n. 7.  
Feminarum ornatus varius, ac superfluus, quam sit reprehensibilis. vii, 899, n. 15.  
Feminarum familiaritas et collocutio fugienda. vii, 902, n. 18.

## FERITAS.

Feritas est vitium deterius vitio crudelitatis. vi, 503, n. 3.

## FERVOR.

Fervor est effectus amoris pro re absenti qui datur per desiderium intensum de consecutione amati. vi, 208, n. 10.

## FIDELITAS.

Fidelitas est pars potentialis justitiæ, et una ex septem speciebus justitiæ non rigorosæ, vocaturque etiam veritas. vi, 487, n. 1, vide justitia.  
Fidelitatis virtus est pars potentialis justitiæ, quia deficit a ratione debiti. vii, 861, n. 12.

## FIDES.

Contra paganos de fide disputaturus ratione et discursu non eos convincet. i, 390, n. 2.

Fidei prædicatio duplici via solet introducti. Primo, per miracula: secundo, per viam disputationis, et suasionis. i, 390, n. 2.

Triplici modo potest generaliter probari excellentia nostræ fidei. Primo, per viam negationis: secundo, per rationes positivas: tertio, per similitudines et exempla. i, 391, n. 5.

Fides non destruit lumen naturæ, sed perficit, et elevat. i, 392, n. 7.

Rationes positivæ quibus res fidei possunt ostendi sunt in duplici genere. i, 393, n. 8.

Antequam fides proponatur infidelibus, prius convenit scire, an errant circa ea quæ ratio naturalis potest assequi de Deo. i, 393, n. 9.

Ea quæ ad credibilitatem nostræ fidei maxime persuadent ad duo capita reducuntur. i, 395, n. 12.

Similitudines et exempla naturalia conducunt ad persuadendas res fidei. i, 399, n. 19.

Inter instrumenta quæ proponunt nobis res fidei, unum est alio manifestius. i, 402, n. 26.

De fide catholica disputaturus contra Judæos et contra hæreticos, prius debet cum ipsis convenire de Scripturis et principiis fidei quæ admittunt. i, 410, n. 1.

Datur in Ecclesia iudex ineffabilis in proponenda, et discernenda doctrina fidei, et ejus controversiis, qui est successor S. Petri pontifex Romanus. i, 431, n. 3.

Quomodo comparentur inter se, fides, theologia, sacra doctrina. i, 443, n. 2.

De rebus divinis et supernaturalibus possumus habere fidem non solum infusam et supernaturalem, sed etiam acquisitam et humanam. i, 443, n. 2.

Fides acquisita, et fides infusa differunt plusquam specie. i, 443, n. 5.

Fides infusa est supernaturalis ordinis, acquisita naturalis. i, 443, n. 5.

Ecclesia non reddit de fide omnia quæ declarat, sed solum illa quæ declarat ut pertinentia ad fidem. i, 460, n. 12.

Ecclesia nunquam proponit de fide illa quæ nullo modo sunt immediate revelata neque implicite, neque explicite. i, 460, n. 12.

In veritatibus fidei potest aliquid contineri virtualiter dupliciter, scilicet illative tantum, et virtualiter implicite. i, 461, n. 16.

Objectum formale fidei, non est Deus sub ratione deitatis, sed sub ratione veritatis primæ ut testificantis. i, 517, n. 5.

Veritas prima revelans est objectum formale fidei non subjectum. i, 517, n. 5.

Deus sub ratione deitatis seu secundum se,

est subjectum primarium fidei. i, 517, n. 5.

Fides est unus habitus, non tamen scientia infusa, quia fides innititur primæ veritati ut revelanti, et revelatur a scientia Dei ut est una, quod non convenit scientiæ infusæ. ii, 48, n. 7.

Fides non dicitur unus habitus ratione specierum, sed ratione luminis et virtutis inclinantis ad assensum et ad iudicium, siquidem fides utitur pluribus speciebus quoad representationem. ii, 48, n. 17.

Angeli adhuc viatores habuerunt fidem. iv, 575, n. 26.

Fides autem est impossibilis cum visione beatifica. iv, 575, n. 26.

Non est paratus pro fide mori ex motivo charitatis, qui est in peccato mortali, sed ex affectu ad fidem. v, 143, n. 19.

Cognitio Dei per fidem non est vita æterna formaliter. v, 163, n. 3.

Amor regulatus per fidem, vide amor.

Fides divina eminenter est practica. v, 353, n. 24.

Fides, et visio de eodem objecto repugnant simul propter privationem, quam unus actus dicit respectu alterius in subjecto. v, 552, n. 26.

Fides habet pro objecto adæquato non solum Deum testificantem, sed etiam omnia ab ipso testificata. v, 476, n. 21.

Fides substantialiter pertinet ad intellectum. v, 551, n. 24.

Fides obscuritatem dicit tamquam aliquid sibi formale, non constitutum, sed completivum. v, 714, n. 64.

Fidei confessio ex supernaturali fide orta nequit oriri ex motivo vanæ gloriæ. v, 752, n. 34, vide attritio.

Fidei confessio exterior elicitive procedit ab habitu fidei. v, 798, n. 22.

Fides in esse naturæ probabile est quod est perfectior charitate. vi, 13, n. 34.

Fides non augetur extensive. vi, 305, n. 34, vide extensio.

Fides compatitur cum discursu theologico, quia hic non facit evidentiam simpliciter, sed deductam ex principiis creditis per fidem. vi, 465, n. 6.

Fides non sufficit ad regulandum actus supernaturales aliarum virtutum, sed requiritur prudentia infusa. vi, 518, n. 28.

Fides potest esse sine spe in aliquibus peccatoribus sicut et fides, et spes sine charitate. vi, 532, n. 6.

Habitus non expelluntur unico actu opposito, sed pluribus. Quod intelligitur non de habitibus infusis, qui unico actu opposito expelluntur, sed de acquisitis. vi, 362, n. 4.

Habitus corrumpuntur per se a contrariis habitibus oppositis formaliter. vi, 361, n. 4.

Habitus per accidens corrumpuntur ex defectu causae conservantis, et ex defectu exercitii, et per oblivionem. vi, 363, n. 8.

Habitus existentes in parte spiritali non corrumpuntur ex destructione subjecti, id est, hominis, sed manent in anima separata. vi, 365, n. 47, vide scientia et species intentionales.

Habitus intellectuales, vide ars, habitus, primorum principiorum, opinio, prudentia, scientia et virtus intellectualis.

Habitus intellectuales perfectiores sunt habitibus virtutum moralium specificative et in quantum intellectuales; virtutes autem morales excedunt ipsos habitus intellectuales quod denominationem virtuosum et boni tenent ex parte subjecti. vi, 382, n. 34; 682, n. 46; 557, n. 14.

Habitus intellectualis vocatur lumen, quo potentia determinatur ad cognoscendum obiectum determinatum. vi, 437, n. 6; 438, n. 7.

Habitus intellectualis non est collectio specierum, neque aliqua species, sed qualitas distincta ordinans illas sub tali immaterialitate. vi, 437, n. 6; 438, n. 7.

Habitus intellectuales practici, vide ars et prudentia.



dit rationem debiti superioris, Dei scilicet, vel parentis. vii, 661, n. 21.  
 Gratitude, pietas, observantia, dulcia, et alia virtutes quæ respectu hominum distinguuntur specie, respectu Dei adjuvantur in una virtute religionis. vii, 662, n. 22.  
 Gratitude deficit a justitia commutativa in ratione debiti. viii, 84, n. 41.

## GRAVITAS.

Gravitas peccatorum ex conversione ad objectum, non ex aversione sumitur. v, 724, n. 94.

## GREGORIUS.

Quare respicit Gregorius vocari universalis episcopus. vii, 209, n. 24.

## HABITUALIS.

Habitualis relatio in finem, vide relatio finis.  
 Habitualis relatio in Deum compatitur cum peccato veniali. v, 443, n. 13; 454, n. 46; 456, n. 56.  
 Habitualis relatio in Deum non dicit influxum in actum, sed meram concomitantiam cum illo. v, 443, n. 13; 454, n. 46.  
 Habitualis ordinatio in Deum inventa in peccato veniali non se habet mere concomitanter in subjecto, sed aliquo modo influxive. v, 454, n. 46.

## HABITUDO.

Habitudo ad volita creata non est necessaria in Deo. iii, 230, n. 21.  
 Habitudo, vide actus immanentes et intellectio.

## GULOSUS.

Gulosus, vide luxuriosus.

## GUSTUS.

Gustus corporis gloriosi, vide corpus.

## GUTTA.

Gutta sanguinis Christi propter unionem ad Verbum pro redemptione generis humani suffecisset. viii, 56, n. 14.

## GYMNASIA.

Gymnasia liberarum disciplinarum turres in Scriptura sacra vocantur. vii, 944, n. 7.

## HABITUS.

Habitus mere existens in subjecto, et non operans, cum dictamine ad oppositum compatitur. v, 444, n. 15; 425, n. 34.  
 Habitus tractu temporis per introgressum contrariorum minuuntur, et corrumpuntur. v, 428, n. 42.  
 Habitus virtutum et vitiorum non habent pro genere prædicabili de ipsis habitum entitative sumptum (hoc enim subjectum est, non genus) sed habitum ut moralem. v, 643, n. 43.  
 Habitus adæquate dividitur in bonum et malum, vitium et virtutem, non autem datur habitus indifferens. v, 798, n. 22.  
 Habitus et dispositio primo, et per se important convenientiam, vel inconvenientiam ad naturam: ex consequenti respiciunt actum, vel operationem. vi, 242, n. 3, vide dispositio.  
 Habitus quomodo differat a potentia, secunda specie qualitatis, et cur a philosopho in primo loco collocetur. vi, 250, n. 32.

Habitus quod subjectum debeat habere. vi, 253, n. 4.

Habitus operativi non sunt capacia membra externa corporalia, quia non habent indifferentiam consuetudine superabilem, quæ necessario requiritur ad subjectum habitus. vi, 256, n. 7, 8.

Habitus in quo distinguatur ab auxilio efficaci. vi, 253, n. 30.

Habitus dantur in potentiis sensitivis appetitivis quatenus moventur a ratione, et etiam possunt dari ex eadem ratione in potentiis sensitivis apprehensivis interioribus. vi, 256, n. 10.

Non autem in exterioribus. vi, 261, n. 37.

Habitus debet esse difficile mobilis essentialiter, et ex principio specificativo, primo scilicet, et per se, seu per modum actus primi, non autem per modum actus secundi, et ut habens derivatam ab alio principio essentiali immobilitatem. vi, 272, n. 6, vide demonstratio et visio beata.

Habitus quomodo sit difficile mobilis, vide mobile.

Habitus non addit potentia virtutem in linea, et specie potentia, sed actuationem, et determinationem ad actum eliciendum. vi, 289, n. 34.

Habitus et potentia unam integram causam efficiunt indivisibiliter respectu actus eliciendi. vi, 286, n. 26.

Habitus non solum ad substantiam actus concurrat, sed etiam ad modum. vi, 294, n. 40; 80, n. 23.

Habitus disponit potentiam, et in actum intensiorem ipso habitu porumpat, et ad hunc conatum habendum, a quibus causis applicetur potentia, vi, 291, n. 39; 293, n. 4.

Habitus non est subjectum virtutis, sed genus. vi, 374, n. 8.

Habitus et actus si considerentur entitative, ut solum quoad supra prædicata entitative, non se habent ut genus, sed ut fundamentum moralitatis, vel subjectum: si vero considerentur, ut dirigibiles per regulas rationis, sic sunt genera ad diversos modos moralitatis. vi, 383, n. 33.

Habitus non solum in linea nature, sed in genere moris etiam sunt operativi, et non mere relativi, ut putavit Scotus. vi, 384, n. 35; 344, n. 4.

Habituum augmentum, vide extensio et intensio.

Habitus quando extensive augeantur per assuefactionem ad talem materiam, et quando per assuefactionem solummodo extrinsecam ei impedimenta tollantur. vi, 312, n. 47.

Habitus intellectivi evidentes uno actu solum

possunt generari, licet subjectum recipiens ad exercendum illum prompte requirat multipliciter actuum: habitibus autem pertinentes ad appetitum, ut virtutes, et etiam habitus opinionis, pluribus actibus indigent, ut generentur. vi, 345, n. 4.

Habitus quando pluribus actibus indiget ut generetur, per priores actus non generatur, sed per ultimum; priores autem tantum disponunt subjectum ad illum, causantque quamdam qualitatem, quæ ad speciem dispositionis pertinet; et quomodo hoc fiat. vi, 346, n. 6.

Habitus contrariatur formaliter alii habitui; actui vero non opponitur formaliter, sed effective. vi, 362, n. 2.

Habitus duo contrarii bene compatiuntur, in eodem subjecto simul in gradibus remissis, ut habitus vitii et virtutis: sed hoc intelligitur entitative et physice, non moraliter. Duo vero actus oppositi nullo modo compatiuntur, quia non solum opponuntur ut forma, sed ut motus. vi, 363, n. 6, 7.

Habitus non expelluntur unico actu opposito, sed pluribus. Quod intelligitur non de habitibus infusis, qui unico actu opposito expelluntur, sed de acquisitis. vi, 362, n. 4.

Habitus corrumpuntur per se a contrariis habitibus oppositis formaliter. vi, 361, n. 4.

Habitus per accidens corrumpuntur ex defectu causæ conservantis, et ex defectu exercitii, et per oblivionem. vi, 363, n. 8.

Habitus existentes in parte spiritali non corrumpuntur ex destructione subjecti, id est, hominis, sed manent in anima separata. vi, 365, n. 47, vide scientia et species intentionales.

Habitus intellectuales, vide ars, habitus, primorum principiorum, opinio, prudentia, scientia et virtus intellectualis.

Habitus intellectuales perfectiores sunt habitibus virtutum moralium specificative et in quantum intellectuales; virtutes autem morales excedunt ipsos habitus intellectuales quod denominationem virtuosum et boni tenent ex parte subjecti. vi, 382, n. 34; 682, n. 46; 557, n. 14.

Habitus intellectualis vocatur lumen, quo potentia determinatur ad cognoscendum objectum determinatum. vi, 437, n. 6; 438, n. 7.

Habitus intellectualis non est collectio specierum, neque aliqua species, sed qualitas distincta ordinans illas sub tali immaterialitate. vi, 437, n. 6; 438, n. 7.

Habitus intellectuales practici, vide ars et prudentia.



Habitus intellectuales manent in homine post hanc vitam, licet non maneant quoad dependentiam a phantasmatibus. vi, 568, n. 4, vide species intentionales.

Habitus virtutum, et vitiorum, vide virtus et vitium.

Habitus primorum principiorum non augentur extensive. vi, 296, n. 10; 303, n. 22, vide extensio.

Habitus primorum principiorum nulla deceptione, aut oblivione corrumpuntur, quia non datur assensus oppositus illis. vi, 365, n. 16, vide habituum corruptio.

Habitus primorum principiorum est distinctus ab intellectu, et speciebus. vi, 440, n. 14.

Et est acquisitus, non innatus. vi, 442, n. 19.

Et quo sensu dicatur naturalis. vi, 446, n. 29.

Habitus primorum principiorum est virtus intellectualis. vi, 445, n. 26.

Ad habitum primorum principiorum generandum non sufficit simplex apprehensio terminorum, sed requiritur iudicium, nec iste habitus innititur inductioni tamquam rationi formali, sed tamquam conditioni, et hoc in aliquibus tantum principiis. vi, 450, n. 4.

Habitus primorum principiorum unico tantum actu generatur. vi, 450, n. 7.

Habitus primorum principiorum non solum ponitur pro principiis particularibus scientiarum naturalium, sed etiam pro communissimis principiis, etiam metaphysicæ, et mathematicæ. vi, 453, n. 15.

Habitus primorum principiorum speculativorum unicus est pro omnibus principiis, quia innituntur eidem rationi formali omnia principia, et sunt ejusdem immaterialitatis quoad se, licet non quoad manifestationem conclusionum; habitus autem principiorum practitorum, qui est syndæresis, distinctus est ab habitu primorum principiorum speculativorum. vi, 457, n. 26, vide syndæresis.

Habitus primorum principiorum est species subalterna sub se continens habitum primorum principiorum speculativorum, et syndæresim. vi, 460, n. 34.

Habitus supernaturalis dat totam virtutem agendi potentia, quam elevat, et quare. vi, 246, n. 12; 276, n. 2.

Et in hoc differt etiam ab habitibus acquisitis. vi, 279, n. 7.

Habitus acquisiti non dispositive tantum, nec solum præparando objectum, aut tollendo impedimenta, sed primario effective influunt in operationem. vi, 276, n. 4.

Influuntque in substantiam actus, et speciem illius sub diverso modo a potentia, quatenus scilicet dant promptitudinem, et firmitatem. vi, 281, n. 15.

Habitus corporales, et species potentiarum apprehensivarum minuuntur, et corrumpuntur ex nimia alteratione corporali, quia dependent ex dispositione recta organii, et temperamento primarum qualitatum. vi, 364, n. 11.

Habitus corporales appetitus qui etiam sunt morales, et non pure physici non corrumpuntur ex alteratione corporali, nisi destruat iudicium, et subjectio appetitus ad rationem. vi, 364, n. 12.

Habitus scientiæ, vide scientia.

Habitus opinionis, vide opinio.

Habitus artis, vide ars.

Habitus theologiæ, vide theologia.

Habitus piæ affectionis, vide pia affectio.

Habitus Angelorum, vide Angelus.

Habitus brutorum, vide brutum.

Habitus non manet destructa ratione formali sub qua. vii, 328, n. 12.

Habitus virtutis acquisitus non habet immediatam oppositionem cum peccato actuali. vii, 466, n. 83.

Habitus existens in una potentia potest se extendere ad hoc quod physice operetur in alia. vii, 761, n. 9.

Habitus inferior nunquam potest imperare superiori formaliter, bene tamen superiori virtualiter. vii, 749, n. 19.

Nullus habitus supernaturalis potest produci ab aliqua creatura tamquam a causa principali. viii, 257, n. 30.

Habitus ponitur ad auferendum indeterminationem potentia, vel dando illi totam virtutem, vel facilitatem. viii, 412, n. 19.

## HADRIANUS.

Hadrianus nota temeritatis inuritur ab aliquibus circa assignationem finis ultimi peccati mortalis. v, 134, n. 3.

## HÆCCEITAS.

An hæcceitas sit principium individuationis in Deo. iv, 588, n. 9.

Diversæ hæcceitates, quæ sunt in Angelis, nihil sunt aliud, quam plures individuationes, seu plures differentia individuales et substantiales. iv, 595, n. 48.

## HÆRESIS.

Materia hæreseum varia et multiplex. i, 429, n. 1.

An ratio formalis in quam omnes hæreses conspirant, sit oppositio ad Ecclesiam, quatenus est proponens res fidei. i, 429, n. 1.

Hæreses inde oriuntur, quod Ecclesiæ non credunt. i, 434, n. 8.

Erravit Angelus, ut Pelagius credens ex se habere meritum de condigno, ut Deus sibi daret beatitudinem, si creditur Suarez. iv, 948, n. 31.

S. Thomas negat perpetuo errorem speculationum in Angelis intervenisse. iv, 953, n. 37.

Erravit ergo practice in quantum superbiuit. iv, 956, n. 41, vide Abailardus, Noetus et regula.

Hæreses omnes generaliter in exercitio auctoritatem summi pontificis negant. vii, 476, n. 4, vide Romanus pontifex.

Hæresis Anglicana refertur. vii, 477, n. 6.

Eadem refutatur, vii, 485, n. 19.

## HÆRETICUS.

In hæretico non manet fides infusa quoad articulos quos credit, nec etiam quoad articulos quos non discredidit. vii, 107, n. 5.

Hæretici subversio et delictum est in sequendo proprium iudicium in rebus fidei sine attentione ad supremum caput Ecclesiæ. vii, 139, n. 1.

Hæretici recentiores ut Lutherus, Brentius et alii negarunt regulam exteriorem fidei in Ecclesia. vii, 440, n. 3.

Hæretici occulti quamdiu ab Ecclesia non condemnantur, et præsciuntur, sunt partes Ecclesiæ, et cum ipsa communicant in exteriori communicatione. vii, 252, n. 5.

Hæreticus sacerdos potest conficere sacramentum et absolvere in extrema necessitate. vii, 252, n. 6.

Non debet censeri hæreticus qui paratus est corrigi, et non est pertinax in hæresi. vii, 253, n. 8.

Hæreticorum fautores in his quæ ad hæresim ordinantur, ejusdem criminis censentur cum hæreticis in jure. vii, 257, n. 16.

Hæretici redarguendi non sunt ex sacra Scriptura quam ad libitum negant, vel

admittunt, sed ex apostolica traditione per quam constat de legitima Scriptura. vii, 271, n. 15.

Hæretici errabant asserendo esse inutile, et impium invocare sanctos, et hæc est antiquissima hæresis. vii, 68, n. 37.

## HEBDOMAS.

Quomodo debeant intelligi hebdomades de quibus Daniel. i, 415, n. 14.

De præciso articulo temporis, quo illæ hebdomades incipiunt numerari. i, 416, n. 43.

Singulis septem annis (qui faciebant apud Judæos unam hebdomadem annorum) terra vacabat ab agricultura, et dicebatur annus ille sabbaticus, quia terra sabbatizabat, id est, non laborabat agricultura. i, 425, n. 27.

Ex septem hebdomadibus annorum quæ sunt annus fiebat jubilæus in quo omnes possessiones vendite ad priores dominos revertebantur. i, 425, n. 27.

Circa illas hebdomades vide. i, 425, n. 26.

## HEBRAICUS.

Hebraica editio in his in quibus consentit, saltem in sensu cum vulgata, recipienda est, secus si in aliquo ab illa dissentit. vii, 235, n. 46.

Quando vulgata edita est ex Hebræo, lunc erat Hebraica in sua puritate. vii, 286, n. 48.

## HIERONYMUS.

S. Hieronymus vetus testamentum in Latinum ex Hebræo transtulit, novum autem Græcæ fidei reddidit, jubente Damaso papa, ex qua translatione, et veteri, Itala dicta, vulgata conflata est. vii, 264, n. 28.

Hieronymus defenditur contra Vasquez. viii, 233, n. 53.

## HIERUSALEM.

Quomodo debeat intelligi desolatio et rædificatio Hierusalem, de quibus Daniel. i, 445, n. 12.



## HISPANIA.

In Hispaniam classes Salomonis veniebant ad urbem Tartessum. vii, 917, n. 42.  
 Hispania ditissima auri et argenti temporibus Romanorum. vii, 919, n. 47.  
 Imo abundans pretiosis gemmis. vii, 920, n. 48.  
 Quanta Salomoni copia divitiarum ex Hispania accrescit. vii, 921, n. 21.  
 Antiquitas studiorum ac litterarum in Hispania, maxima poësis. vii, 946, n. 12.

## HISTORIA.

Historia de femina in papam electa est falsa. vii, 243, n. 31.

## HOMICIDIUM.

Quid sit homicidium voluntarium, et casuale in rigore metaphysico. vii, 515, n. 8.  
 Quidque secundum juris dispositionem. vii, 515, n. 9.  
 Quomodo vulnus ex quo sequitur mors debeat esse grave, ut illud homicidium sit voluntarium, et non casuale. vii, 520, n. 40.  
 Homicidium indirecte secutum ex influxu morali præstito ab intendente alium finem, quamvis malum, censendum est casuale respectu illius secundum juris dispositionem. vii, 756, n. 28.  
 Nomine homicidii voluntarii in materia irregularitatis comprehenditur occisio hominis voluntaria etiam licita. vii, 731, n. 40.  
 Quando occisio hominis facta in defensionem propriam comprehendatur sub homicidio. vii, 631, n. 41.

## HOMO.

Corpus hominis immediate factum est a Deo, sub ea organizatione qua humanum, id est, susceptivum et capax animæ rationalis. ii, 757, n. 10.  
 Basilides, Cerinthus et Manichæi crediderunt corpus hominis formatum ab Angelis, et

hæc verba Dei: *Faciamus hominem, etc.* ad Angelos fuisse dicta. ii, 757, n. 10.

Utrum corpus hominis fuit formatum in instanti, vel successive. ii, 762, n. 10.

Corpus hominis fuit formatum de limo, aut luto, et non creatum ex nihilo, sed ex præjacente materia. ii, 762, n. 41.

Corpus humanum mixtum, et ideo ex materia quatuor elementorum factum. ii, 762, n. 41.

Homo medius inter corporales et spirituales creaturas, et ex omnibus participans. ii, 762, n. 41.

Corpus hominis formatum in dispositione perfecta, in qua homo posset operari, excolere terram, generare, gubernare. ii, 763, n. 12.

Primus homo, utpote totius humani generis caput in statu perfectissimo factus, in pulchritudine, temperamento, proceritate, ætate, vigore sensuum. ii, 763, n. 13.

Homo formatus in ætate juvenili, sicut homo triginta aut quadraginta annorum. ii, 763, n. 13.

Fabula Mosis Barcephæ, quod tanta fuerit proceritas primorum parentum, ut mare pedibus transierint. ii, 763, n. 43.

Lucidus putavit fuisse staturæ gigantæ. ii, 763, n. 43.

Error est dicere quod primi parentes caruerint visu ante peccatum. ii, 763, n. 43.

Habitudo ad voluta creato non est necessaria in Deo. iii, 230, n. 21.

Homo non potest sine efficaci auxilio operari, quomodo intelligendum. iii, 212, n. 27.

Homo quod ex inæqualitate gratiæ alius salvatur, alius non, quomodo explicatur in sensu catholico. iii, 213, n. 29.

Homo per quid meretur. iii, 555, n. 22.

Hominem viribus naturæ aliqua bona opera moralia facere non repugnat. iii, 735, n. 24.

Homo in statu innocentiae, vide diligo.

Non indigebat dono gratiæ superadditæ naturalibus bonis ad hoc ut diligeret Deum, super omnia, licet indigeret auxilio Dei ad hoc eum moventis. iv, 893, n. 32.

Homo, vide actio.  
 Homo purus in pura natura peccans, vide ultimus et peccans finis.

Homo in pura natura non potest habere perfectam felicitatem, seu beatitudinem. v, 168, n. 14.

Homo licet extrinseco auxilio indigeat ad suam beatitudinem consequendam, quo non indigent aliæ res, nobilior est illis. v, 168, n. 14.

Non stat hominem converti ad Deum super:

## HONESTUS.

Ratio boni honesti, et delectabilis invenitur etiam in finibus intermediis. v, 80, n. 784, n. 16.

## HONOR.

Honor nequit esse beatitudo. v, 164, n. 4, vide divitiæ, fama, potestas et voluptas.  
 Honor, qui exhibetur sanctis, habet motivum specificativum in eis, quamvis ultimate transeat ad Deum. vii, 640, n. 80.  
 Honor in quo differat a laude, secundum Aristotelem. vii, 629, n. 37.  
 Honor duplex, latræ scilicet et dulci debetur Deo, et humanitati Christi, et quare. vii, 629, n. 37.  
 Homo reddendo honorem Deo nunquam adquirit jus, quod habet Deus ut honoretur. viii, 26, n. 60.

## HONORIUS.

Honorius papa I an fuerit hæreticus Monothelita, non est certum, sed ab hæresi defenditur. vii, 611, n. 26.  
 Damnatio illius in septima Synodo generali supposita videtur. vii, 241, n. 26.

## HORA.

Subditus qui ex sententia, et iudicio prælati in casu an obligetur canonicas horas persolvere, omittit illas, non peccat. vi, 154, n. 37, vide officium divinum.  
 Horæ canonicæ sic appellantur, quia certis diei temporibus juxta regulam Ecclesiæ preces a Deo offeruntur. vii, 806, n. 2.  
 Horæ canonicæ componi possunt ex his quæ in Scripturis canonicis continentur, et ex his quæ componuntur ab Ecclesiæ doctoribus. vii, 807, n. 6.  
 Optime sunt dispositæ quantum ad earum partes integrales. vii, 813, n. 2.  
 Tantum sunt septem. vii, 813, n. 2.

naturaliter, quin Deus convertatur ad ipsum. v, 260, n. 39.

Homo in repentinis operatur secundum finem præconceptum. v, 486, n. 15.

Homo quid possit velle, et cognoscere sine gratia, et quid non, vide gratia, gratia specialis, intellectus et voluntas.

Homo nisi sit in natura integra, et sana, nequit pervenire ad perfectam beatitudinem consistentem in adeptione omnium virtutum, tam intellectualium, quam moralium, bene tamen potest consequi imperfectam beatitudinem. vi, 733, n. 35.

Homo habet potentiam libertatis ad omnia bona opera, non tamen ad illa habet sine gratia potentiam firmitatis, seu vires, et prima pars est contra Lutheranos, secunda contra Pelagianos. vi, 757, n. 3.

Homo ut reddatur dignus dilectione Dei, aliquo intrinseco indiget, ad hoc autem ut ei remittatur culpa sufficit gratia extrinseca supernaturalis ipsius voluntatis. vi, 773, n. 8.

Homo existens in peccato mortali an possit omnia peccata mortalia vitare, vide peccatum mortale.

Homo existens in peccato mortali, non tenetur statim penitere, sed suo tempore (cum de hoc sit præceptum affirmativum, quia potest vitare quodlibet peccatum mortale designatum sine gratia, licet collective omnia, id est, cum continuatione, non possit omnia vitare sine illa. vi, 777, n. 7.

Homo in statu innocentiae non poterat peccare venialiter, quia donum justitiæ originalis fomitem auferbat. vi, 575, n. 7, vide justitia originalis.

Homo justus indiget, etiam speciali gratia ad vitandas graves tentationes, et implendum totam legem, licet talia auxilia frequentius illi dentur, quam peccatori, propter defectum indignitatis. vi, 586, n. 15.

Homo etiam in statu innocentiae indigebat auxilio speciali ad perseverandum, quia perseverantia ex prædestinatione est, et prædestinatio est specialis providentia. vi, 789, n. 12.

Homo obligatur ex lege naturali ad distribuendum unicuique juxta merita sua. vi, 899, n. 3.

Homo solum in Deo redditur stabilis. vii, 713, n. 6.

Homo in statu naturæ lapsæ indiget gratia sanante ad dilectionem Dei auctoris supernaturalis super omnia. vii, 418, n. 7.

Homo lapsus potest redire ad tantam dignitatem, quantum habuit in statu innocentiae. viii, 32, n. 80.



## HOSTIA.

De fide constat [hostia] consecrata corpus Christi contineri, sed a fide non creditur hanc hostiam in particulari esse consecratam, licet absolute et sine conditione adoranda sit. vii, 76, n. 52; 239, n. 21.

## HUMANITAS.

Quando patres dicunt humanitatem Christi satisfecisse, non excludunt suppositum Christi Domini. viii, 53, n. 5.  
 Humanitas fuit sanctificata ex unione ad Verbum. viii, 192, n. 7.  
 Non redditur sancta modo infinito per gratiam unionis. viii, 200, n. 36.  
 Humanitas ut gratificata per gratiam habitalem est constitutum capitis proximum formale in Christo. viii, 252, n. 12.  
 Ex unione ad Verbum non recepit aliquam virtutem physicam, quam in se non haberet cum propria existentia. viii, 439, n. 7.  
 Instrumentaliter causat nostram justificationem, et miracula. viii, 427, n. 7.  
 Etiam prout existens in caelo concurrat, ut instrumentum physicum ad causandum ea quae sunt in terra. viii, 429, n. 20.  
 Non causat physice instrumentaliter causam in nobis mediantibus Angelis. viii, 430, n. 22.  
 Potestas quam habet humanitas ad patranda miracula est aliquid reale creatum. viii, 428, n. 2.  
 Haec potestas, nec est qualitas completa materialis, aut spiritualis per modum permanentis, vel transeuntis communicata. viii, 430, n. 4.  
 Nec est aliqua qualitas incompleta materialis, aut spiritualis. viii, 441, n. 15.  
 Humanitas Christi constituitur in actu primo in ratione instrumenti physici, per motionem, aut elevationem Dei, seu usum passivum receptum in humanitate. viii, 442, n. 17.  
 Non est causa principalis physica nostrae justificationis. viii, 452, n. 3.  
 Non potest esse causa physica principalis donorum Spiritus sancti. viii, 455, n. 20.  
 Est tamen causa physica instrumentalis. viii, 456, n. 23.  
 Si ante assumptionem esset infecta aliqua culpa, malitiosoque habitu, posita unione totaliter mundaretur. viii, 487, n. 34.

Non fuit adoptata. viii, 619, n. 6.  
 Fuit praedestinata ad unionem cum Persona Verbi. viii, 642, n. 4.  
 Et si sit sancta sanctitate per essentiam, non tamen est sancta per essentiam. viii, 622, n. 23.

## HUMIDUS.

Humidum radicale per esum arboris vitae in statu innocentiae purificaretur. v, 348, n. 17.

## HUMILITAS.

Diabolus gratiae Dei adversatus est, eo quod infensus esset virtuti humilitatis. iv, 953, n. 37.  
 Angeli boni, e contra valde meruerunt eo quod humiliaverunt semetipsos, sese recognoscentes in gratia creatos. iv, 964, n. 13.  
 Humilitas est virtus subjectata in voluntate, estque potentialis temperantiae, sicut etiam continentia. vi, 424, n. 28, vide modestia et temperantia.  
 Et est species modestiae. vi, 488, n. 4.  
 Humilitas in medio consistit, sicut omnes aliae virtutes morales. vi, 734, n. 40.  
 Humilitas non importat formaliter rationem dispositionis ad justificationem. vi, 886, n. 9.  
 Humilitas est religio. viii, 697, n. 19.  
 Praeminet tamen aliis virtutibus quae sunt circa passiones. viii, 697, n. 20.

## HYPOSTASIS.

Nomen hypostasis, personae, suppositi, subsistentiae, et primae substantiae, ad singulare in genere substantiae pertinet. iv, 236, n. 1.  
 Nomine hypostasis, seu substantiae plures olim sunt decepti. iv, 238, n. 5.  
 Nomina hypostasis, subsistentia, suppositum, res naturae, etiam in creatis distinguuntur, non ex parte rei significatae, sed ex parte modi significandi. Nec tamen sunt synonyma, quia habent originem ex diversis principiis. iv, 241, n. 11.  
 Hypostasis non est idem, quod subsistentia, sed idem quod substantia. iv, 260, n. 19.

## I.

## IDEA.

Idea sunt plures in Deo ut attingunt res ideatas, licet sint unum entitative ex parte Dei. i, 630, n. 28.  
 Visio beata attingit entitatem omnium idearum, quae non sunt aliud a substantia Dei, non tamen attingit omnes ideas respective secundum quod denominantur ad creaturas, sed juxta modum penetrationis divinae essentiae plus vel minus vident de ideis divinis. i, 630, n. 28.  
 Ideae dantur in Deo, quia est agens intellectuale. iii, 3.  
 Dantur plures non entitative, sed respective ad res ideatas. iii, 3.  
 Dantur eorum omnium quae Deus facit ideae practicae, respectu eorum quae de facto fiunt, respectu vero possibilitium cognoscitive tantum. iii, 3.  
 Ideae divinae, vide Deus.  
 Ideae appellatione quid veniat. iii, 4, n. 1.  
 Hujus nominis usus tam in Scriptura, quam in patribus et scholasticis. iii, 4, n. 1.  
 Idearum necessitas declaratur. iii, 4, n. 2.  
 Ideas in Deo ponendi, et praedestinationes praedeterminativas, eadem est ratio. iii, 5, n. 4.  
 Ideae definitio expenditur. iii, 2, n. 5.  
 An sit conceptus objectivus. iii, 2, n. 6.  
 Est conceptus formalis. iii, 6, n. 7.  
 Et forma in mente artificis. iii, 6, n. 8.  
 Quo modo consistit in conceptu. iii, 9, n. 13.  
 Ideae causalitatis differentiae. iii, 10, n. 17.  
 Cur ei causalitatis formalis extrinseca tribuenda. iii, 13, n. 23.  
 In idea quomodo concurrat ratio causae efficientis. iii, 14, n. 27.  
 Formatur ex intentione ponendi aliquid in esse. iii, 14, n. 27.  
 Quomodo respicit pro objecto ipsum ideatum. iii, 16, n. 20.  
 Idea divina non est homogonea et adaequata creaturae, repraesentative tamen et causative totum quod in creatura est continet. iii, 17, n. 32.  
 Quomodo in Deo plures ideae probantur. iii, 20, n. 4; 27, n. 20, 21.  
 Idea in Deo non est creatura cognita objective. iii, 21, n. 5.  
 Idea quo sensu divina essentia nuncupatur. iii, 22, n. 7.

Idea est divina essentia, ut est similitudo rerum eminentialis. iii, 24, n. 14.  
 Est principium operandi artificis ut cognoscenti, et intendenti. iii, 24, n. 15.  
 Idea potest esse rei dissimilis. iii, 28, n. 26.  
 Idearum pluralitas in Deo a D. Thoma subtiliter probatur. iii, 34, n. 12.  
 Ex quibus respectibus petenda. iii, 34, n. 12.  
 Et in quo respectus illi fundari debeant. iii, 34, n. 13.  
 Sumitur ex essentia divina, non ut est ratio cognoscendi ipsas creaturas, sed ut est res cognita diversimode comparabilis, et participabilis a creaturis. iii, 34, n. 14; 35, n. 15.  
 Ideae in Deo plures sunt non realiter et entitative, sed formaliter et in officio ideandi. iii, 31, n. 5.  
 Idearum multiplicitas non officit divinae simplicitati. iii, 31, n. 6.  
 Ex Scripturis et patribus probatur. iii, 32, n. 7.  
 Ratione. iii, 32, n. 8.  
 In ideis ratio cognoscendi, et ratio causae exemplaris quomodo distinguenda. iii, 38, n. 20.  
 Idea, scientia, et ars divina differunt. iii, 45, n. 41, 42.  
 Idearum pluralitas cur sumatur ex pluralitate materiali objectorum, et non ex ratione formali. iii, 45, n. 41.  
 Idea quomodo est attributum et conceptus Dei. iii, 49, n. 50.  
 Idea de pure possibilitibus an detur in Deo. iii, 55, n. 2.  
 Ideae officium duplex. iii, 55, n. 2.  
 Idea nisi fuisset ab aeterno in Deo, nulla daretur veritas ab aeterno. iii, 136, n. 15.  
 Ideae per praedefinitiones explicatae. iii, 616, n. 1.

## IDEM.

Quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se. iv, 54, n. 29.  
 Quomodo id sit intelligendum. iv, 55, n. 31; 60, n. 37.

## IDENTITAS.

Identitas, vide aequalitas, communicabilitas et idem.



## HOSTIA.

De fide constat [hostia] consecrata corpus Christi contineri, sed a fide non creditur hanc hostiam in particulari esse consecratam, licet absolute et sine conditione adoranda sit. vii, 76, n. 52; 239, n. 21.

## HUMANITAS.

Quando patres dicunt humanitatem Christi satisfecisse, non excludunt suppositum Christi Domini. viii, 53, n. 5.

Humanitas fuit sanctificata ex unione ad Verbum. viii, 192, n. 7.

Non redditur sancta modo infinito per gratiam unionis. viii, 200, n. 36.

Humanitas ut gratificata per gratiam habitalem est constitutum capitis proximum formale in Christo. viii, 252, n. 12.

Ex unione ad Verbum non recepit aliquam virtutem physicam, quam in se non haberet cum propria existentia. viii, 439, n. 7.

Instrumentaliter causat nostram justificationem, et miracula. viii, 427, n. 7.

Etiā prout existens in cælo concurrat, ut instrumentum physicum ad causandum ea quæ sunt in terra. viii, 429, n. 20.

Non causat physice instrumentaliter causam in nobis mediantibus Angelis. viii, 430, n. 22.

Potestas quam habet humanitas ad patranda miracula est aliquid reale creatum. viii, 428, n. 2.

Hæc potestas, nec est qualitas completa materialis, aut spiritualis per modum permanentis, vel transeuntis communicata. viii, 430, n. 4.

Nec est aliqua qualitas incompleta materialis, aut spiritualis. viii, 441, n. 15.

Humanitas Christi constituitur in actu primo in ratione instrumenti physici, per motionem, aut elevationem Dei, seu usum passivum receptum in humanitate. viii, 442, n. 17.

Non est causa principalis physica nostræ justificationis. viii, 452, n. 3.

Non potest esse causa physica principalis donorum Spiritus sancti. viii, 455, n. 20.

Est tamen causa physica instrumentalis. viii, 456, n. 23.

Si ante assumptionem esset infecta aliqua culpa, malitiosoque habitu, posita unione totaliter mundaretur. viii, 487, n. 34.

Non fuit adoptata. viii, 619, n. 6.

Fuit prædestinata ad unionem cum Persona Verbi. viii, 642, n. 4.

Et si sit sancta sanctitate per essentiam, non tamen est sancta per essentiam. viii, 622, n. 23.

## HUMIDUS.

Humidum radicale per esum arboris vitæ in statu innocentie purificaretur. v, 348, n. 17.

## HUMILITAS.

Diabolus gratiæ Dei adversatus est, eo quod infensus esset virtuti humilitatis. iv, 953, n. 37.

Angeli boni, e contra valde meruerunt eo quod humiliaverunt semetipsos, sese recognoscentes in gratia creatos. iv, 964, n. 13.

Humilitas est virtus subjectata in voluntate, estque potentialis temperantiæ, sicut etiam continentia. vi, 424, n. 28, vide modestia et temperantia.

Et est species modestiæ. vi, 488, n. 4.

Humilitas in medio consistit, sicut omnes aliæ virtutes morales. vi, 734, n. 40.

Humilitas non importat formaliter rationem dispositionis ad justificationem. vi, 886, n. 9.

Humilitas est religio. viii, 697, n. 19.

Præeminet tamen aliis virtutibus quæ sunt circa passiones. viii, 697, n. 20.

## HYPOSTASIS.

Nomen hypostasis, personæ, suppositi, subsistentiæ, et primæ substantiæ, ad singulare in genere substantiæ pertinet. iv, 236, n. 1.

Nomine hypostasis, seu substantiæ plures olim sunt decepti. iv, 238, n. 5.

Nomina hypostasis, subsistentia, suppositum, res naturæ, etiam in creatis distinguuntur, non ex parte rei significatæ, sed ex parte modi significandi. Nec tamen sunt synonyma, quia habent originem ex diversis principiis. iv, 241, n. 11.

Hypostasis non est idem, quod subsistentia, sed idem quod substantia. iv, 260, n. 19.

## I.

## IDEA.

Ideæ sunt plures in Deo ut attingunt res ideatas, licet sint unum entitative ex parte Dei. i, 630, n. 28.

Visio beata attingit entitatem omnium idearum, quæ non sunt aliud a substantia Dei, non tamen attingit omnes ideas respective secundum quod denominantur ad creaturas, sed juxta modum penetrationis divinæ essentiæ plus vel minus vident de ideis divinis. i, 630, n. 28.

Ideæ dantur in Deo, quia est agens intellectuale. iii, 3.

Dantur plures non entitative, sed respective ad res ideatas. iii, 3.

Dantur eorum omnium quæ Deus facit ideæ practice, respectu eorum quæ de facto fiunt, respectu vero possibilitium cognoscitive tantum. iii, 3.

Ideæ divinæ, vide Deus.

Ideæ appellatione quid veniat. iii, 4, n. 1.

Hujus nominis usus tam in Scriptura, quam in patribus et scholasticis. iii, 4, n. 1.

Idearum necessitas declaratur. iii, 4, n. 2.

Ideas in Deo ponendi, et prædestinationes prædeterminativas, eadem est ratio. iii, 5, n. 4.

Ideæ definitio expenditur. iii, 2, n. 5.

An sit conceptus objectivus. iii, 2, n. 6.

Est conceptus formalis. iii, 6, n. 7.

Et forma in mente artificis. iii, 6, n. 8.

Quo modo consistit in conceptu. iii, 9, n. 13.

Ideæ causalitatis differentiæ. iii, 10, n. 17.

Cur ei causalitatis formalis extrinseca tribuenda. iii, 13, n. 23.

In idea quomodo concurrat ratio causæ efficientis. iii, 14, n. 27.

Formatur ex intentione ponendi aliquid in esse. iii, 14, n. 27.

Quomodo respicit pro objecto ipsum ideatum. iii, 16, n. 20.

Idea divina non est homogœna et adæquata creaturæ, repræsentative tamen et causative totum quod in creatura est continet. iii, 17, n. 32.

Quomodo in Deo plures ideæ probantur. iii, 20, n. 4; 27, n. 20, 21.

Idea in Deo non est creatura cognita objective. iii, 21, n. 5.

Idea quo sensu divina essentia nuncupatur. iii, 22, n. 7.

Idea est divina essentia, ut est similitudo rerum eminentialis. iii, 24, n. 14.

Est principium operandi artificis ut cognoscenti, et intendenti. iii, 24, n. 15.

Idea potest esse rei dissimilis. iii, 28, n. 26.

Idearum pluralitas in Deo a D. Thoma subtiliter probatur. iii, 34, n. 12.

Ex quibus respectibus petenda. iii, 34, n. 12.

Et in quo respectus illi fundari debeant. iii, 34, n. 13.

Sumitur ex essentia divina, non ut est ratio cognoscendi ipsas creaturas, sed ut est res cognita diversimode comparabilis, et participabilis a creaturis. iii, 34, n. 14; 35, n. 15.

Ideæ in Deo plures sunt non realiter et entitative, sed formaliter et in officio ideandi. iii, 31, n. 5.

Idearum multiplicitas non officit divinæ simplicitati. iii, 31, n. 6.

Ex Scripturis et patribus probatur. iii, 32, n. 7.

Ratione. iii, 32, n. 8.

In ideis ratio cognoscendi, et ratio causæ exemplaris quomodo distinguenda. iii, 38, n. 20.

Idea, scientia, et ars divina differunt. iii, 45, n. 41, 42.

Idearum pluralitas cur sumatur ex pluralitate materiali objectorum, et non ex ratione formali. iii, 45, n. 41.

Idea quomodo est attributum et conceptus Dei. iii, 49, n. 50.

Idea de pure possibilitibus an detur in Deo. iii, 55, n. 2.

Ideæ officium duplex. iii, 55, n. 2.

Idea nisi fuisset ab æterno in Deo, nulla daretur veritas ab æterno. iii, 136, n. 15.

Ideæ per prædefinitiones explicatæ. iii, 616, n. 1.

## IDEM.

Quæ sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se. iv, 54, n. 29.

Quomodo id sit intelligendum. iv, 55, n. 31; 60, n. 37.

## IDENTITAS.

Identitas, vide æqualitas, communicabilitas et idem.



## IDIOMA.

Secundum fidem ex mysterio incarnationis secuta fuit vera communicatio idiomatum, viii, 507, n. 1.

Explicatur in quo consistat. viii, 507, n. 1.

## IGNORANTIA.

Ignorantia est vulnus a peccato relictum. iii, 844, n. 34.

Qui ex ignorantia crassa graviter peccat putans se obsequium præstare Deo, finem ultimum ponit in creatura. v, 145, n. 30.

Ignorantia antecedens tollit voluntarium. v, 386, n. 7.

Ignorantia est causa admirationis, et delectationis etiam, sed hujus tantum per accidens. vi, 211, n. 10.

Ignorantia causat involuntarium. vii, 838, n. 6.

Unde ignorantia circa substantiam voti, vel circumstantiam gravissimam annullat votum. vii, 838, n. 6.

## IGNIS.

Angeli mali, licet sint spiritus, patiuntur tamen ab igne infernali. iv, 570, n. 17.

Hoc autem est difficillimum ad explicandum. iv, 1008, n. 34.

Illi enim sunt incorporei; ignis autem inferni est corporeus. iv, 1010, n. 1.

Quod tamen quidam negant. iv, 1013, n. 5; 1032, n. 1, vide dæmon, miseria et pœna.

S. Augustinus dicit ignem illum miris, et ineffabilibus modis cruciare. iv, 1015, n. 9, vide qualitas.

Ignis licet habeat plures operationes quomodo tendat ad unum. v, 40, n. 26.

Ignis duæ potissimæ proprietates. vii, 957, n. 10.

Ignis et aqua non agent in corpora damnatorum actione naturali. vii, 957, n. 11.

## ILLITERATUS.

Illiterati viri non debent formare dictamen opinionis probabilis ex libris quos legunt,

sed consulendo peritos facultatis: multa enim quæ legunt judicant se intelligere, et non est ita. iv, 146, n. 37.

## ILLUMINATIO.

Quoad ordinem gloriæ illuminatio fit a Deo. iv, 1061, n. 15.

Responsio ad objecta. iv, 1061, n. 15.

Illuminatio non est actio aliqua physice influens et effective intra intellectum Angelii illuminati aliquod lumen, vel speciem, sed solum externe proponit objectum clarior, et manifestius quoad ordinem gloriæ illuminatio fit a Deo, vide Angelus.

## ILLUMINO.

Angelus superior illuminat inferiorem, procedendo cum magisterio, et doctrina. iv, 1053, n. 1; 1059, n. 10.

Non e contra. iv, 1061, n. 16.

Angelus illuminans convenit in aliquo cum homine docente, et in aliquo excedit. iv, 1057, n. 8.

Nihil producitur physice in intellectu superioris, sed bene in intellectu superioris, puta conceptus, quem directe ordinat ad inferiorem, objective non physice. iv, 1057, n. 8.

Illuminantur Angeli in his quæ pertinent ad ordinem naturæ, gratiæ et gloriæ. iv, 1061, n. 15.

Quoad ordinem naturæ, proponitur quoddam dubium. iv, 1061, n. 15.

## IMAGINATIO.

Imaginatio per species insensatas in brutis cognoscit convenientiam rei. v, 40, n. 26.

## IMAGO.

Aliud est imago, quæ est verbum formatum a nobis per intellectionem, et aliud imago, quæ est anima, quæ facta est ad imaginem Dei. ii, 231, n. 16.

Imago est duplex, una in re alterius naturæ, ut imago regis in denario; et hæc

imago ordinatur pure ad representandum; alio modo in re ejusdem naturæ, sicut imago regis in filio suo, et hæc est perfecta imago, nec ordinatur solum ad representandum, sed ad propagandum naturam sui principii. iv, 127, n. 14; 154, n. 20.

Imagines per se non sunt dignæ, nec capaces honoris. vii, 673, n. 2.

## IMMATERIALITAS.

Immaterialitas non est radix cognitionis, sed est ratio, quo aliquid fit cognoscitivum. ii, 429, n. 23.

## IMMEDIATE:

Virtus spirativa quomodo sit immediate in Patre, et Filio. iv, 377, n. 30, vide operator.

Substantia debet esse media inter Deum, et accidens ut operetur per aliquid distinctum a se. iv, 715, n. 36.

## IMMENSITAS.

Immensitas in Deo consideratur a nobis ad modum quantitatis virtualis, quatenus id facit immensitas in Deo, quod quantitas in corporibus, scilicet reddere præsentem rebus et locis. ii, 18, n. 5.

Deus immensitate suæ virtutis attingit omnia, quæ sunt in loco, cum sit universalis causa essendi. ii, 20, n. 9.

Immensitas est ratio formalis existendi Deum in rebus. ii, 20, n. 9.

Attributum immensitatis ad duo attributa consequitur, et habet respectum secundum duplicem considerationem. ii, 23, n. 14.

Immensitas considerata quantum ad suam extensionem et spheram, cui potest assistere, et coexistere, cum sphaera illius sit infinita, et omni termino carens, sequitur ad attributum infinitatis, quia infinito convenit esse ubique. ii, 23, n. 14.

Immensitas considerata secundum quod dicit rationem formalem et modum habendi contactum ad res, quibus assistit, sequitur ad virtutem operativam. ii, 23, n. 14.

Attributum immensitatis distinguitur ab

aliis attributis, quæ respiciunt res ad extra ratione diversæ formalitatis, vel respectus, quo immensitas respicit creaturas, vel alia attributa. ii, 24, n. 16.

Immensitas ut contactiva non est causa operationis, sed est potius fundata in operatione, quatenus præsupponit operationem, ut est ab omnipotentia, et reddit ipsam operationem contactivam, sic immensitas non est ante operationem secundum se, licet sit ratio ipsius operationis ut sit contactiva. ii, 27, n. 25.

Immensitas non fundatur in concursu Dei quomodocumque influente in ipsas causas secundas ad suos particulares effectus, quasi determinando illas et actuando, verum adjuvando ut producant, sed in ipso influxu, quo vel immediate res creat, vel producit, vel conservat in esse. ii, 27, n. 25.

Immensitas Dei magis fundatur in concursu simultaneo, quo insitit esse in effectus, quam in concursu prævio quo determinat causas. ii, 27, n. 25.

Immensitas non habet pro effectu formali facere rem præsentem per immediatam comparisonem et applicationem ad spatia, quasi necessario substantia alligetur seu applicetur illis. ii, 36, n. 23.

Effectus formalis immensitatis est reddere Deum contactivum seu potentem agere in omnem creaturam extra se, in quacumque parte spatii. ii, 36, n. 23.

Deus habet immensitatem ita absolutam, quod est omnino independens a spatiis, nec respicit illa, implendo ea immediate, sed tamquam agens effectivum quod prius res effectas, quam loca seu spatia, in quibus efficit. ii, 36, n. 23.

Ad immensitatem pertinet ponere contactum ad res; contactus autem ille est immutativus. ii, 41, n. 33.

Sicut æternitas facit Deum æternum in se, ac immensitas facit Deum existentem in se. ii, 41, n. 33.

Æternitas opposito modo procedit ad immensitatem, et unde. ii, 41, n. 33.

## IMMUTABILITAS.

Immutabilitas Dei potest probari, vel ex effectibus a posteriori, vel ex aliis attributis divinis. ii, 53, n. 1.

Immutabilitas Dei demonstratur ostendendo deveniendum esse ad aliquod principium immobile, quod a nullo dependeat, nec immutetur. ii, 53, n. 1.



Immutabilitas Dei tum in natura, tum in suo divino proposito, pluribus in locis declaratur in sacra Scriptura. II, 53, n. 2.  
Simplicitas et infinitas sunt propria fundamenta immutabilitatis divinæ. II, 54, n. 3.  
Pluribus rationibus probatur omnimoda immutabilitas Dei. Prima, quia est actus purus: secunda, non est subjectum capax, et susceptivum motus: tertia, Deus est infinitus, et ratione suæ infinitatis nihil de novo potest illi advenire. II, 54, n. 3.

## IMPASSIBILITAS.

Impassibilitas est dos corporis gloriosi. V, 332, n. 4.  
Impassibilitas non causat solum effectum negativum. V, 334, n. 8.  
Impassibilitas omnia corruptiva repellit, et quomodo. V, 337, n. 16.

## IMPECCABILITAS.

Impeccabilitas nulli creaturæ competit ex sua natura. IV, 872, n. 1.  
Sed tantum ex gratia. IV, 872, n. 21.  
Pauci autores hinc veritati contradicunt. IV, 872, n. 21, vide distinctio, imperfectio et regula.  
Adhuc si in beato non esset dilectio, per solam visionem esset impeccabilis. V, 243, n. 44; 250, n. 17.  
Impeccabilitas quomodo pertineat ad beatitudinem. V, 235, n. 24, vide amor, dilectio et satietas.  
Impeccabilitas ex duplici causa potest provenire. V, 247, n. 11.  
Impeccabilitas causam intrinsecam habet in peccato. V, 248, n. 12.  
Confirmati in gratia quomodo habeant impeccabilitatem. V, 248, n. 13.  
Impeccabilitatis radix est visio Dei. V, 248, n. 13.  
Impeccabilitatem causat secundo amor. V, 250, n. 17.  
Impeccabilitas Christi, vide Christi impeccabilitas.

## IMPEDIMENTUM.

Impedimentum quid sit, et quomodo differat a necessario, et in quibus motibus, et non motibus inveniatur. V, 408, n. 8.

## IMPERABILIS.

Imperabiles actus qui possint esse. V, 606, n. 34, vide intellectus, et potentia loco motiva.

## IMPERATOR.

Imperatores Romanæ Ecclesiæ defensores, ipsique promulgarunt, et observari fecerunt primatum ipsius Ecclesiæ. VII, 209, n. 23.

Præcipue hoc fecit Constantinus conferens etiam bona temporalia, et splendorem quasi imperialem. VII, 209, n. 23.

Nunquam vero primatus iste ab aliquo imperatore concessus intelligitur tamquam ab instituyente, et ordinante. VII, 209, n. 23.

Imperatores et principes sæculares ex variis causis se introduxerunt in ordinatione apostolicæ Sedis, aliquando per potestatem usurpatam, aliquando vero per tolerantiam Ecclesiæ, ex urgente aliqua necessitate. VII, 225, n. 24.

Nunquam tamen exercitio eligendi papam usi sunt, sed tantum approbandi electionem, aut permittendi ut pontifex electus consecraretur, aut componendi dissensiones, si quæ in electionibus pontificum contigissent. VII, 225, n. 24.

## IMPERATUS.

Imperati actus, vide actus interior, etc.

## IMPERIUM.

Imperium an sit penes Deum et quomodo. III, 613, n. 36; 614, n. 37.

Imperium datur circa aliquos actus voluntatis, qui pertinent ad executionem post electionem. V, 597, n. 13.

Imperii actus consistit in iudicio practico post electionem secuto. V, 597, n. 14.

Imperii iudicium est per modum denuntiationis et intimationis obligantis, non per modum simplicis enuntiationis. V, 599, n. 17.

Imperium non sequitur immediate electionem, sed usum. V, 599, n. 19.

Imperium est actus prudentiæ. V, 595, n. 10; 596, n. 11, vide prudentia.

Imperium non fit per instinctum, et ante omnem actum voluntatis, sed per arbitrium, nec versatur circa finem, sed circa media, et eorum executionem. V, 597, n. 14.

Imperium est actus intellectus formaliter, præsupponit tamen actum voluntatis, a qua efficaciam accipit. V, 591, n. 1; 605, n. 33.

Imperium quod actus intellectus est, efficaciam participat a voluntate: et unde talis efficaciam primo oriatur. V, 492, n. 10; 551, n. 24.

Imperium est actus distinctus a iudicio antecedente electionem. V, 583, n. 3.

Imperium datur in homine etiam respectu sui ipsius. V, 583, n. 5; 599, n. 17.

Imperium movet ad executionem hic et nunc faciendam quoad specificationem, et quoad exercitium. V, 603, n. 28.

Imperium non versatur circa actus externos, ut fines sunt formaliter, sed quatenus sunt operationes tendentes in finem. V, 590, n. 23.

Imperium absolute, et simpliciter sequitur libere, et non necessario ad electionem. V, 601, n. 22.

Imperium non est actus iustitiæ. V, 606, n. 35.

Imperium large sumptum antecedere potest electionem, non autem rigorose, et proprie sumptum. V, 608, n. 4.

Imperio rationis quæ subdantur, et quæ non: quæ cum resistantia, et quæ sine illa. V, 608, n. 5.

Imperium pertinet substantialiter ad intellectum, præsuppositive ad voluntatem, et quare. VII, 746, n. 15.

Imperium specificatur, non a re quam imperat, sed ab ordine ad inferiorem per modum moventis. VII, 766, n. 22.

Quomodo imperium distinguatur ab oratione. VII, 719, n. 18.

Qui requiratur ut imperium sit efficax. VII, 720, n. 20.

## IMPLETIO.

Impletio præcepti, vide præceptum.

## IMPOSSIBILIS.

Impossibile appeti potest, non quidem ut assequibile, sed ut objectum complacentiæ,

et inanis delectationis. IV, 944, n. 22, vide velleitas.

Impossibile iudicatum ut tale potest terminare actum voluntatis inefficacis. V, 569, n. 7, vide voluntas inefficax.

Impossibile per se, seu ab intrinseco, et per accidens quid sit, et quomodo attingatur a voluntate. V, 570, n. 13.

## IMPUTABILITAS.

Imputabilitas sequitur ad actum voluntarium prout regulatum a ratione, et lege. V, 630, n. 35.

## IN.

In particula aliquando æquivalet per in sacra Scriptura, aliquando non. V, 131, n. 50.

## INANIMATUS.

Inanimata absque extrinseco auxilio consequuntur beatitudinem suam, non tamen homo, qui in hoc ipso nobilior est. V, 168, n. 15.

## INCANTATOR.

Incantatoris cujusdam civitatis Satemburgensis notabilis narratio. VII, 972, n. 24.

## INCARNATIO.

Incarnatio et merita Christi sunt causa prædestinationis. III, 742, n. 1.

Incarnatio Verbi divini multa motiva habuit, redemptioni tamen hominum subordinata. V, 763, n. 16.

In incarnationis opere multa inveniuntur. VIII, 95, n. 19.

Motivum primum incarnationis, seu finis cujus gratia, fuit ostensio gloriæ divinæ. VIII, 95, n. 20.

Non fuit ipsa incarnationis dignitas, sed ut valens ad manifestandam gloriam Dei per



viam misericordiae, et justitiae. viii, 115, n. 13.

Incarnatio ut redemptiva fuit motivum, ut Deus vellet ipsam absolute. viii, 115, n. 13.

Ut redemptiva est propinquior fini a Deo intento. viii, 115, n. 13.

D. Thomas reputat probabile, quod si Adam non peccaret, Christus veniret in carne impassibili. viii, 104, n. 33.

Deus non decrevit incarnationem ante gratiam datam per providentiam generalem. viii, 114, n. 16.

Incarnatio dicitur bonum occasionatum, quia praesupposito aliquo materiali volita fuit. viii, 115, n. 17.

Incarnatio non fuit occasionaliter volita, sicut punitio, aut poena. viii, 115, n. 17.

Fuit volita, praesupposito peccato, ut materia redemptionis. viii, 115, n. 17.

Terminus formalis incarnationis est humanitas. viii, 131, n. 1.

Tantum ratione distinguitur incarnatio ab actione assumptiva. viii, 134, n. 6.

Si daretur in materia humana propria existentia, posset esse instrumentum physicum ad incarnationem. viii, 161, n. 16.

De facto non fuit causa physica instrumentalis respectu incarnationis. viii, 162, n. 1.

Immediate humanitas fuit terminata ad subsistentiam relativam, et secundario ad existentiam, ut modificatam per subsistentiam Verbi. viii, 169, n. 1.

## INCLINATIO.

Inclinatio naturalis aliquando solum est in re ex suppositione alicujus status. v, 422, n. 47.

Inclinatio quando et quomodo, sive amor vitae dicatur naturalis: quandoque contra illam facere, sit peccatum. vii, 287, n. 50.

Quomodo homo habeat duas naturales inclinationes, et quae sint. vii, 287, n. 50.

## INCOMMUNICABILIS.

Quod per se non existit, sed in alio, non potest esse incommunicabile. iv, 242, n. 15, vide communicabilitas et individuum, Persona divina.

## INCOMPREHENSIBILIS.

Deum esse incomprehensibilem Scriptura apertissime dicit, et patres communiter docent. ii, 405, n. 1.

Testimonia Scripturae et patrum. ii, 405, n. 1.

De fide est Deum esse incomprehensibilem, sumendo incomprehensibilitatem pro aliquo peculiari attributo et perfectione, quam non explicat ly invisibilis, vel ineffabilis. ii, 406, n. 3.

Scriptura et patres communiter distinguunt inter hoc quod est Deum esse invisibilem et incomprehensibilem. ii, 406, n. 3.

Nomine invisibilitatis, sic intelligitur Deus invisibilis quod tamen per gratiam videri potest; incomprehensibilis vero, ita ut per gratiam non comprehendatur, alias nulla singularis perfectio per incomprehensibilitatem diceretur, quae non per invisibilitatem. ii, 406, n. 4.

Deus est incomprehensibilis a quocumque intellectu creato quantumcumque elevato. ii, 410, n. 10.

## INCOMPREHENSIBILITAS.

Incomprehensibilitas Dei non reducitur ad incomprehensibilitatem effectuum Dei in se, sed ad infinitatem Dei in se. ii, 412, n. 13.

Non potest intellectus creatus exhaurire omnem cognoscibilitatem, seu omnem modum cognoscibilitatis quem ex se fundat divina essentia, quia licet videat illam in se, et infinitatem ejus, et modum infinitatis ejus, tamen non potest comparationem illius eminentiae erga creaturas omnes attingere et evolvere, unde derivatur incomprehensibilitas. ii, 412, n. 13.

Incomprehensibilitate videntur creaturae, et ut sunt creatrix essentia, et ut ab illa essentia derivantur in se, et in participatione ad extra non quomodocumque, sed per adaequationem cum cognitione divina et exhauriendo omnem cognoscibilitatem ejus. ii, 413, n. 15.

Licet tota creatrix essentia videntur ut est in se, et ut efficiens est, quantum ad perfectionem absolutam potentiae illius, seu virtutis efficientis in se, et ex parte subjecti in quo est, non tamen comparative secundum suam eminentiam, et ut tangit objectum quod participatur a se, sic enim

incomprehensibilitate gaudet, nec ad purum evolvi potest. ii, 413, n. 15.

## INDICTIO.

Indictio belli, vide bellum et princeps.

## INCONSIDERATIO.

Angeli mali peccarunt ex inconsideratione. iv, 992, n. 14.

Sed illa inconsideratio fuit mere malitiosa, non vero involuntaria. iv, 996, n. 20.

## INDIFFERENS.

Indifferens, vide actus indifferens et iudicium.

## INCONTINENS.

Incontinens in quo differat ab intemperato. v, 862, n. 81, vide contineo.

## INDIFFERENTIA.

Indifferentia duplex est, alia suspensiva, alia dominativa. v, 505, n. 41.

Indifferentia actuum duplex est, alia naturalis, alia moralis, et in quo differant. v, 791, n. 2.

Indifferentia est vera species moralitatis. v, 792, n. 7.

Indifferentia moralis species negativa est, et incompleta, et in quo sensu hoc intelligatur. v, 795, n. 15.

Indifferentia moralis non subieitur determinatae regulae rationis. v, 798, n. 24.

Indifferentia moralis est speciei moralis sub quadam praecisione, qua attingit objectum sine circumstantiis, et cum hac non descendit ad individua. v, 807, n. 49, vide species, id est, quidditas.

Indifferentia, vide libertas, liberum et necessitas.

Indifferentia voluntatis, vide libertas voluntatis.

## INCORRUPTIBILIS.

Incortuabilia non egent multiplicari. iv, 598, n. 24.

Corpora damnatorum post diem iudicii erunt incorruptibilia, sed non impassibilia. iv, 1015, n. 9.

## INCORRUPTIBILITAS.

Incortuibilitas beatitudinis, vide perpetuitas.

## INDEFECTIBILITAS.

Indefectibilitas oritur ex hoc, quod aliquid est sibi recta regula, vel habet eam sibi semper annexam. iv, 876, n. 8.

## INDELIBERATUS.

Indeliberatum sumi potest duobus modis, scilicet private, et negative. iv, 899, n. 7.

Indeliberati actus, vide motus subiti.

## INDIVIDUATIO.

Individuatio, vide subsistentia.

Utrum haecitas, an vero materia sit principium individuationis. iv, 588, n. 9, vide haecitas et Vasquez.

Individuatio in substantiis est gradus intrinsecus, et substantialis; et sic intrinsecum principium postulat, et substantiale. iv, 595, n. 98.

Individuatio, sine multiplicatione naturae, non exigit materiam, neque materiale principium, neque ordinem ad illud, sed sufficit formam ipsam esse completam, et irreceptibilem, seu non dicere ordinem ad aliquid, in quo recipiatur, sed in se manere. iv, 597, n. 22.



## INDIVIDUO.

Anima individuatur per ordinem ad corpus. iv, 597, n. 22.

## INDIVIDUUS.

Individuorum omnium dantur ideæ in Deo. iii, 63, n. 24.

Individuus, vide singularis et subsistentia. Quod perfecte, et complete individuum est, ut suppositum, vel persona, perfecte incommunicabile est. iv, 236, n. 13.

Individuum, seu persona excludit triplicem communicabilitatem. iv, 237, n. 4.

Individua substantia idem est quod prima substantia. iv, 239, n. 6; 242, n. 15.

Individuum dupliciter sumitur, scilicet logice et physice. iv, 243, n. 16.

Individuum vagum, quomodo plura complectatur sub conceptu communi. iv, 249, n. 24.

Neque est analogum. iv, 249, n. 26.

## INDUCTIO.

Inductio non est consequentia, nec discursus efficax et necessarius, sed topicus, et fallibilis. vi, 450, n. 7.

## INDULGENTIA.

Indulgentiæ per actus exteriores, non per voluntatem lucrandi, lucrantur. vi, 79, n. 1.

## INFERIOR.

Actiones liberæ Angeli superioris non sunt cognitæ inferiori, nec e converso nisi in quantum Angelus voluerit manifestare. ii, 124, n. 3.

Angelus inferior in suis actionibus liberis nullo modo subditur superiori. ii, 124, n. 3.

Superioris Angeli operationes ex ipso modo

procedendi sunt uniformiores, et simpliciores quam inferiorum, etiam si libere fiant, quia magis universaliter, et unite procedunt. ii, 126, n. 6.

Inferior Angelus procedit cum minori ordine et uniformitate, quia confusius intelligit, et multo magis Angeli mali qui minus ordinate procedunt in his quæ sunt ad finem. ii, 126, n. 6.

Licet Angelus inferior in suis operationibus liberis non subdatur Angelo superiori effective, tamen subditur exemplariter. ii, 126, n. 7, vide Angelus.

## INFERNUS.

In inferno nulla est redemptio, vel remissio, quidquid dicant Origenistæ. iv, 982, n. 4, vide ignis.

## INFIDELIS.

Infidelis opus virtuosum, vide gentilis. Infidelis esset qui non crederet revelationi privativæ sibi a Deo factæ. vii, 416, n. 7.

## INFIDELITAS.

Infidelitas quo sensu sit privata debita rectitudine, et quo non. v, 733, n. 23, vide actus malus.

Infidelitas physice, et non solum demeritorie fidei opponitur, unde ipsam a subjecto expellit. vii, 408, n. 7.

Infidelitas secundum se opponitur spei theologicæ, eamque destruit. vii, 335, n. 25.

## INFINITAS.

Infinitas essentialis habet duo fundamenta. Primum, carentiam terminorum, quibus forma finitur modo physico, scilicet per receptionem in materia, vel per ordinem ad illam: secundum, carentiam terminorum, quibus res aliqua finitur et limitatur modo metaphysico, scilicet ex defectu generis et differentia, qui sunt ter-

mini limitantes metaphysice essentiam. i, 672, n. 1.

Deus caret omni limitatione ex parte generis et differentia, unde habet infinitatem. i, 673, n. 3.

Infinitas Dei non est secundum potentialitatem et materialitatem, sed secundum perfectionem et actualitatem, siquidem est actus purus. i, 673, n. 3.

Omnis forma quæ caret omni principio limitante sicut Deus, habet infinitatem. i, 673, n. 3.

Angelus caret omni ordine ad materiam, et sic habet quamdam infinitatem, sed non simpliciter in genere entis, quia habet formam, quæ est existentiam limitatam, quia in se receptam, et sic habet potentialitatem, et ordinem ad esse limitatum. i, 698, n. 12.

Deus non dicitur habere infinitatem quia non definitur seu non manifestatur ejus quidditas, sed quia tali modo non definitur, scilicet definitione constante ex genere et differentia, ex actu et potentia, qui sunt termini non solum definiens, sed etiam finientes et limitantes quidditatem. i, 699, n. 15.

Non potest probari infinitas divina ex aliquo effectu infinito a se producto, quia talis non datur verbi gratia infinitus numerus, vel quantitas, etc. i, 700, n. 17.

Infinitas divina solum potest probari, vel ex modo operandi, quia exigit infinitatem virtutis, et consequenter essentia, ad quam sequitur virtus; vel ex modo essendi, quia caret principiis finientibus aliquam essentiam, quales sunt genus et differentia, actus et potentia, recipiens et receptum. i, 700, n. 17.

Nulli creaturæ potest convenire virtus ad creandum, quia requiritur virtus infinitatem habens. i, 700, n. 17.

Deus dicitur et est infinitus, quia est id quo majus excogitari non potest, hæc tamen ratio non probat infinitatem Dei positivam et categorematicam, licet probet infinitatem negativam et syncategorematicam. i, 701, n. 19.

Infinitas duplex est. iv, 227, n. 38.

Una in genere curis, simpliciter, et alia propria in unoquoque genere. Ita distinguit pater Suarez. iv, 227, n. 38.

In genere entis non potest multiplicari; bene autem infinitas in genere moris. vii, 65, n. 48.

## INFLEXIBILITAS.

Inflexibilitas Angeli non consistit in immobilitate actus, quoad exercitium, sed quoad specificationem. iv, 990, n. 11.

Nec est propria passio Angeli ab eo inseparabilis per ipsam Dei potentiam absolutam. iv, 990, n. 11.

Nunquam tamen ab ipso removebitur, est enim accidens commune inseparabile ex principiis individui. iv, 992, n. 14; 1001, n. 26.

Inflexibilitas, vide Angelus.

## INFLUO.

Speciei intelligibili convenit influere effective in actum. iv, 874, n. 4.

## INFLUXUS.

Influxus Dei simultaneus a Pelagio negatus, a D. Augustino adstruitur, et quid sit. iii, 476, n. 4.

Influxus divinus quomodo repelli potest. iii, 448, n. 40.

Influxus divinus in peccati malitiam non cadit. iii, 465, n. 66; 466, n. 67.

Influxus charitatis connaturalis est virtutibus per se infusis, secus autem virtutibus acquisitis, et quare. vi, 946, n. 17.

## INGENITUS.

Ingenitum esse. iv, 298, n. 38, vide innascibilitas et interim.

## INHÆRENTIA.

Inhærentia non est modus unionis respectu accidentis ordine ad subjectum. viii, 450, n. 42.

## INHÆSIO.

Inhæsiō (quæ effectus amoris est) est intima conglutinatio effectus cum amato in omnibus, quæ illius sunt. vi, 207, n. 5.

## INIMICITIA.

Inimicitia inter homines non ponit intrinsicam aversionem, et indignitatem. vi, 879, n. 18; 880, n. 20.



Inimicitia respectu Dei non separatur a ratione peccati, et intrinseca aversione a fine ultimo. vi, 879, n. 18; 880, n. 20.

## INIMICUS.

Inimici, vide oratio.

## INJURIA.

Injuria quæ fit sanctis in suis reliquiis, vel imaginibus, habet duplicem malitiam, scilicet contra duliam, et contra religionem. vii, 646, n. 80, vide veneratio.

Injuriam sanctorum æstimat Deus, ut propriam, sicut res eam quæ fit Filio, aut amicis suis specialibus. vii, 646, n. 80.

Injuria Dei, et sanctorum est ejusdem speciei. vii, 578, n. 7.

Qualiter injuria sumat speciem a circumstantia, diverso modo ac veneratio. vii, 636, n. 54, 55.

Injuria personæ sacræ, quæ non est specialiter prohibita non habet malitiam sacrilegii. vii, 644, n. 74.

Injuria sanctorum est prohibita a Deo, non solum propter sanctitatem personalem, sed quia sunt aliquid Dei. vii, 646, n. 80.

Distinctio inter injuriam et venerationem sanctorum. vii, 646, n. 80.

Injuria quæ fit in sanctos, non potest præcindi a Deo tamquam ab ultimo specificativo. vii, 646, n. 80, vide honor et sacrilegium.

Stat bene aliquid esse injuriam sanctorum viæ, et non respectu sanctorum patriæ. vii, 647, n. 84.

Injuria quæ regulariter fit contra personam rationalem, ut est imago Dei, et contra duliam, ex intentione tamen operantis potest esse contra religionem. vii, 648, n. 84.

Per injuriam deprimitur persona injuriata: et sic ad ejus satisfactionem non solum exigitur quod injurians redeat ad amicitiam, sed quod etiam humilietur. viii, 48, n. 22.

Injuria causata per peccatum recipitur in Deo. viii, 6, n. 4.

Consistit in aliqua moralitate. viii, 6, n. 4.

Ob maximam inferioritatem nostram erga Deum non habemus obligationem reddendi aliquid ipsi ex justitia stricte dictam, propter injuriam. viii, 6, n. 4.

Injuria illata Deo est rigorosa injuria. viii, 6, n. 4.

Non resarcitur per subjectionem creaturæ, siquidem hæc subjectio semper fuit debita, sed per subjectionem personæ æqualis. viii, 7, n. 5.

Injuria irrogata Deo est infinita simpliciter, ly simpliciter sumpto pro absolute. viii, 16, n. 32.

Est infinita, quatenus, læso Deo, læduntur omnes dignitates creaturæ. viii, 16, n. 32.

Non tamen lædit majestatem divinam omnimodo, quo injuriabilis est; et sic non est infinita omnibus modis. viii, 17, n. 34.

Per hanc injuriam injuriantur omnes creaturæ, quia Deus caput illarum est. viii, 17, n. 35.

Quia attingit Deum ipsum deserendo est infinita simpliciter. viii, 18, n. 36.

Injuria non consistit proprie in aliquo intrinseco peccati. viii, 18, n. 38.

Si per impossibile darentur duo dii æquales, injuria irrogata ab uno alteri esset major quasi physice injuria illata ab homine, non autem esset major moraliter. viii, 27, n. 61.

## INJUSTITIA.

De peccato injustitiæ. iv, 936, n. 44.

Utrum Angelus illud peccatum committere possit, respondet auctor sub distinctione. iv, 936, n. 44, vide peccatum.

Injustitia, et irreligio quomodo trahantur ad speciem essentialem luxuriæ ab ipsa luxuria. v, 850, n. 44, vide circumstantia personæ, irreligio, luxuria et persona.

## INNASCIBILIS.

Fuit necessarium assignare Patri notionem innascibilis contra Arium. iv, 277, n. 24.

Si duo essent innascibiles, non opponerentur relative, sed naturæ diversitate distinguerentur. iv, 67, n. 3; 74, n. 40.

## INNASCIBILITAS.

De ista materia. iv, 299, n. 4.

Innascibilitas non constituit Personam Patris. iv, 403, n. 27, vide notio.

## INNOCENS.

Quando et quomodo innocens sit, vel non sit tradendus tyranno a republica, vel a se ipso, in remedium totius communitatis. vii, 481, n. 1; 482, n. 3.

## INNOCENTIA.

Innocentiæ status, vide diligo et homo.

Status innocentie perfectio, per subjectionem ad Deum, et ab eo recipiendo, non per sacramenta. In eo signa externa, sed speculativa, non gratia practica. ix, 444.

Ejus status nulla ignorantia quasi privativa: scientia a Deo per sensibilia, ut objecta, non ut media. ix, 448.

Status irreparabilis: incertum an ullo in eo poenitentia. Fuissent sacrificia: quid illa a sacramentis differant: in patria, nulla ipsa futura. ix, 424.

## INOBEDIENTIA.

Non subdici superiori, ut præcipienti, et ut superiori, est conditio specialis peccati inobedientiæ. iv, 938, n. 46.

## INSPIRABILITAS.

Cur inspirabilitas non sit notio. iv, 273, n. 46; 279, n. 28.

## INSTANS.

Utrum motus Angeli in spatio possit fieri in instanti. iv, 876, n. 8.

Deus in instanti operatur. iv, 682, n. 14.

Non autem sic Angelus. iv, 957, n. 4; 963, n. 40.

Non oportet, quod in quolibet instanti rationis divino res videatur perfecte, et explicitè quantum ad omnia, quæ illi possunt convenire. viii, 447, n. 27.

Instans primum durationis actus boni, vel mali, an pertineat ad substantiam illius. v, 872, n. 28, vide duratio.

Instantia infinita in potentia, et finita in actu, quid sint. v, 876, n. 37.

Correspondet tamen initium viæ Angelorum malorum, seu primum illorum instans instanti nostro. iv, 958, n. 2; 961, n. 7.

## INSTANTIA.

Instantia seu prioritates rationes in Deo quomodo assignanda. iii, 343, n. 44.

## INSTINCTUS.

Instinctus quid sit, et loco cujus detur. v, 543, n. 2.

Instinctus Dei requiritur pro primo actu voluntatis, qui est simpliciter primus totius vitæ, pro primis vero motorum negotiorum, aliquando solum, et quare. v, 529, n. 44.

Instinctus in quo differat a prophetia. v, 529, n. 45.

Instinctus non involvit imperium. v, 596, n. 11.

Instinctus brutorum quomodo formetur in eis, et quid sit. vi, 257, n. 42.

## INSTRUMENTUM.

Duplex instrumentum, scilicet vitale quod habet in se aliquod principium actus; et inanimatum, quod non movetur nisi medio impulsu, sicut cum lapis movetur. ii, 270, n. 34.

De ratione instrumenti est ut operetur aliquid ultra propriam virtutem, quam habet a natura sua, et quæ sibi facta sit propria ex participatione alterius, ita ut ista virtus non sit subjecta proprio motui, et usui, sed alterius cui deservit et ministrat. ii, 272, n. 36.

De ratione instrumenti maxime essentielle est, ut condistinquatur contra causam principalem tamquam aliquid ei inferius. ii, 272, n. 36.

Non sufficit quod instrumentum sit ei inferius quantum ad dependentiam in causando, sed oportet quod ei deserviat et ministret, et ei assimiletur effectus et a quo moveatur. ii, 272, n. 36.



Ad causam instrumenti magis attenditur ordo ad principale agens, cui ministrat, quam ad effectum, quem non sibi, sed principali agenti assimilat, causa autem principalis directius respicit effectum, quem ut proprium et similem sibi intendit. *ii, 272, n. 37.*

Ad discernendum causam principalem a causa instrumenti, non debet attendi a quo principio virtus operans derivetur, et an sit elevata, vel extra proportionem propriae et nativae virtutis ejus cui datur, an non, sed solum ad quem finem datur, scilicet ad assimilandum sibi. *ii, 272, n. 37.*

Implicat dari instrumentum creationis physicum. *iv, 546, n. 17; 548, n. 20.*

Ignis inferni agit in demones et in animas, ut instrumentum elevatum a Deo omnipotente, cui omnis creatura obedire nata est. *iv, 849, n. 7; 1028, n. 31.*

Instrumenta divinae virtutis etiam in distans possunt operari. *v, 534, n. 59.*

Physicum non potest dari ad creationem. *viii, 162, n. 1.*

Instrumentum conjunctum eodem actu quo redditur agens constituitur instrumentum, non autem instrumentum separatum. *viii, 281, n. 43.*

Res effecta dicit ordinem transcendentalem ad instrumentum ut elevatum a causa principali. *viii, 435, n. 53.*

Motio, per quam elevatur instrumentum supernaturale, potest aliquo modo vocari operatio perfectiva, seu effectiva instrumenti. *viii, 444, n. 24.*

Motio recepta in humanitate Christi, et in aliis instrumentis corporeis entitative est materialis, terminative autem spiritualis. *viii, 444, n. 24.*

Quando instrumentum est excellentissimum, et conjunctum causae principali, potest communicare virtutem aliis instrumentis. *viii, 459, n. 40.*

Instrumenti operatio praevia: vere agat necesse est, ut subjiciatur principali agenti. *ix, 214.*

Creationis instrumentum esse non potest. *ix, 215.*

Virtus in eo spiritualis, seu magis ad spirituale, ipsa motio ut quid intentionale. *ix, 220.*

Virtus instrumenti nec qualitas permanens, nec potentia obedientialis activa, nec sola assistentia extrinseca; sed motio intentionalis. *ix, 222.*

Motio in instrumento, ipsa causae principalis actio illi imprimens, sibi que illud subjiciens. Motio praevia, ipsa virtus instru-

menti in actu primo nec alia virtus instrumenti propria. *ix, 237.*

Instrumenti virtus praevia, non ipsa potentia obedientialis: ipse modus agendi creaturae ex subjecto, a quo nec ipsa abstrahunt divina instrumenta. Actio creativa, ipsa substantia. *ix, 276.*

Motionis terminus in instrumento, forma aliqua, quorundam sententia. Virtus ut forma agentis principalis; instrumenti ut motio. *ix, 235.*

Motio instrumenti et auxilium praeviens, diversa. Virtus in instrumento active et passive. *ix, 238.*

Virtus instrumenti, ipsa causae principalis in esse intentionali. Actus primus simul cum secundo, ex uno influxu agentis principalis. *ix, 263.*

Dei imperium virtualiter transiens instrumentum. Intelligentia vero caelo imprimi. *ix, 265.*

In instrumentis divinis nullus per se necessarius motus proprius. *ix, 267.*

In instrumentis gratiae virtus nec corporea, nec ens proprie, sed ad incorporeum. Aliis entitative corporea, virtualiter spiritualis. *ix, 241, 260.*

Instrumenta naturalia et conjuncta, ipsa a se elevata; non separata, aut etiam phantasma. *ix, 244, 265.*

Usus instrumenti, ipsa ejus elevatio. Motio ipse motus instrumenti realiter, formaliter quid praevium. *ix, 261.*

## INSULA.

In insula Melitensi non inveniuntur noxia animalia. *vii, 964, n. 11.*

## INTEGRITAS.

Integritas confessionis, vide interruptio et multiplicatio.

## INTELLECTIO.

Intellectio ut est actus, et operatio intelligentis, non petit per se loquendo terminum productum, ad quem ordinetur tamquam causalitas et via, sed solum petit terminum ut objectum circa quod versetur. *ii, 235, n. 24.*

Intellectio ipsa non se habet ut objectum

terminans, seu imago repraesentans illud, sed ut attingentia vitalis, et actus elicitus a potentia, quo tale objectum attingit, et cognoscit. *ii, 236, n. 25.*

In beatis datur formalis notitia elicita, quae est intellectio, formalis vero notitia quae est repraesentatio, seu conceptus non datur in beatis, ut formata et producta ab ipsis, sed unita et communicata, scilicet divina essentia loco speciei expressae. *ii, 237, n. 27.*

Intellectio subsistens, et constituens naturam formaliter est natura ipsa, quae vult, et quae creat, sed non est formaliter ratio volitionis vel creationis. *ii, 447, n. 40.*

Creaturae sunt objectum secundarium divinae intellectionis. *ii, 457, n. 10.*

Principia limitantia intellectionem, sunt specificativum et receptionem. *iv, 703, n. 19.*

Ad secundam, etc. intellectio habet duplicem habitudinem, alteram ad objectum, quod intelligit, et ut sic non est productiva; alteram ad Verbum, in quo repraesentatur res intellecta, et ut sic est productiva. *iv, 118, n. 38.*

Distinguuntur in nobis haec quatuor, scilicet intellectus, ut potentia; species impressa, intellectio, et Verbum seu species expressa. *iv, 94, n. 6.*

Scotus ponit duas actiones in intellectu, scilicet intellectionem, et dictionem. *iv, 97, n. 7.*

Secundum autem S. Thomam, est una, et eadem actio attingens duos terminos inadaequatos. *iv, 97, n. 7, vide intelligo.*

In quo consistat formaliter agere, seu intellectio, et in quo formaliter consistat dictio, seu locutio. *iv, 99, n. 9.*

Intellectio, et dictio quomodo differant. *v, 493, n. 13.*

Intellectio est actus omnium perfectissimus, et sic in illo consistit beatitudo formaliter. *v, 223, n. 59.*

Intellectio Petri verbi gratia transmissa ad intellectum Pauli non reddit illum formaliter intelligentem. *v, 363, n. 12.*

Quomodo intellectio respiciat intellectum, ut causam efficientem sui. *v, 194, n. 56.*

Intellectio divina nequit reddere intelligentem intellectum creatum. *v, 178, n. 22.*

Dicere quod de facto oppositum contingat, censuris inuritur a theologis. *v, 178, n. 22.*

Intellectio ut reddat intelligentem informationem veram postulat. *v, 184, n. 37.*

Intellectio neque est forma intentionalis, nec repraesentativa, nec terminativa, sed informativa. *v, 184, n. 37.*

Intellectio creata prout comparata ad intel-

ligentem, rationem dicit processionis, et elicentiae vitalis; non vero prout comparata ad rem intellectam. *v, 191, n. 49.*

Increata non potest etiam de potentia Dei absoluta uniri per modum intellectionis cum aliquo intellectu creato. *viii, 301, n. 11.*

Intellectio duo dicit, alterum secundum communem conceptum operationis vitalis, et sic dicit ordinem originis: alterum respective ad objectum, et sic non importat rationem originis. *viii, 305, n. 37.*

## INTELLECTIVUS.

Deus est summe intellectivus, quia est summe immaterialis, utpote actus purus caret non solum omni materia, sed etiam omni potentialitate. *ii, 419, n. 1.*

## INTELLECTUALIS.

Naturae intellectuales distinguuntur specie inter se, in genere intellectualitatis. *ii, 236, n. 6.*

Intellectualis visio, vide visio.

## INTELLECTUALITAS.

In Deo intellectualitas est primum constitutum naturae, et radix attributorum. *i, 419, n. 21.*

In Deo nullo modo potest, etiam nostra ratione concipi intellectualitas per modum actus primi, comparative ad intelligere per modum actus secundi. *ii, 438, n. 20.*

In Deo dantur aliqua attributa pertinentia ad intellectualitatem Dei, ut sapientia, providentia, et similia. *ii, 441, n. 25.*

Ex ratione perfectae intellectualitatis concluditur esse existentiae naturae angelicae. *iv, 572, n. 21, vide gradus, intellectus et intelligo.*

## INTELLECTUS.

Cum intellectus sit ultima et summa perfectio intellectualis naturae non oportet quod sit indefectibile in entitate. *ii, 102, n. 5.*

Omnis intellectus creatus habet suam specificam distinctionem seorsum ab alio in-



Intellectu, et sicut intellectus animæ distinguitur ab intellectu Angeli, et unius Angeli ab alio. ii, 163, n. 6.

Duplex est objectum nostri intellectus, unum proportionatum, et connaturale, aliud extrinsecum, licet non proportionatum, non tamen extra latitudinem totius potentiae. ii, 163, n. 7.

Major est capacitas passiva intellectus quam virtus activa. ii, 163, n. 6.

Distinctio specifica intellectuum sumitur penes diversam virtutem, et activitatem quam habet quilibet intellectus in operando, juxta graduationem suam, secundum quod magis vel minus accedit ad ipsam rationem actus puri. ii, 168, n. 13.

Intellectus ex vi ipsa sua generica ratione hoc ipso quod immaterialis est, cognoscitivus est quidditatum, et rerum in universali. ii, 168, n. 13.

Intellectus ita est potentia operativa et vitalis, quod est independens ab objecto intentionaliter, et representative, quia trahit aliud a se, et fit unum cum illo ad producendum intellectionem. ii, 172, n. 21.

Intellectus noster respectu sui objecti connaturalis, est in pura potentia, et tamquam tabula rasa, quare indiget intellectu agente, qui ei formas proprias et connaturales imprimat. ii, 172, n. 22.

In nobis est intellectus possibilis et agens, non in Angelo, qui non habet possibilem. ii, 172, n. 22.

Intellectus non elevatur ut potentia passiva, et ad operandum pure nota, sed ut potentia vitalis et intellectiva, quæ movetur ab objecto, ut realiter operetur. ii, 172, n. 22, vide potentia.

Potentia passiva immaterialis intellectus, non est distincta ab ipsa virtute activa et vitali, qua intellectus producit cognitionem, sed est eadem potentia. ii, 174, n. 4.

Intellectus trahit res ad se, per assimilationem ad illas. ii, 242, n. 8, vide lumen gloriæ.

Omnis intellectus creatus quantumcumque perfectus debet habere pro objecto specifico connaturali immaterialitatem illam, quæ est ei conformis, et propria suo intellectui. ii, 288, n. 17, vide visio beatifica.

Intellectus Angeli et hominis licet specie naturali differant, tamen capacitate obedientiali conveniunt, non vero intellectus et voluntas, etiam in eodem nomine et Angelo. ii, 403, n. 17.

Objectum primum et specificativum divini intellectus ex parte rei cognitæ, et at-

tactæ per rationem formalem cognoscendi est ens divinum ut est in se, in tota sua latitudine, ut etiam includit attributa, et relationes, et quidquid formaliter est in Deo. ii, 457, n. 10.

Intellectus Dei non format aliquod ens rationis, nec respectus ideales. iii, 41, n. 30, 31; 43, n. 36.

Intellectus quomodo circa verum et falsum versetur. iii, 416, n. 8.

Quomodo respiciat verum. iii, 447, n. 10.

Intellectus simplex quomodo dicatur unus. iii, 422, n. 20.

Intellectus quomodo plura simul cognoscere possit. iii, 427, n. 30.

Intellectus in discursu non intelligit plura per modum unius. iii, 430, n. 36.

Intellectus divinus cur decipi non possit. iii, 434, n. 44.

Intellectus constituitur per formam intelligibilem. iii, 218, n. 8.

Intellectus noster est potentia passiva respectu specierum, activa vero respectu intellectionis. iv, 709, n. 27; 945, n. 29.

Intellectus agens est in nobis, non autem in Angelis; denotat enim magnam imperfectionem. iv, 755, n. 28.

Assimilatio intellectus ad objectum, semper respicit identificationem, non in esse entitativo, sed in esse intelligibili. iv, 88, n. 32.

Pertinet ad intellectum nostrum, et intelligere, et dicere seu manifestare id, quod intelligit. iv, 93, n. 4, vide operatio.

Intellectus in qualibet cognitione etiam displicenti perficitur, non violentatur. v, 413, n. 23.

Intellectus, et appetitus sensitivus movent moraliter voluntatem. v, 493, n. 12.

Intellectus a solo Deo potest accipere species infusas, et lumen. v, 503, n. 36.

Intellectus non habet ex se movere efficienter, sed ex participatione voluntatis. v, 592, n. 2.

Intellectus actus potest esse etiam imperatus per quamdam reflexionem. v, 856, n. 62; 858, n. 68.

Intellectus est perfectior voluntate. v, 223, n. 59.

Intellectus est radix voluntatis, et immaterialior illa. v, 223, n. 59.

In intellectu actu consistit beatitudo formaliter, et essentialiter. v, 201, n. 17.

Intellectus attingit rem increatam, non tamen sensus rem spirituales, et quæ sit differentia. v, 195, n. 4.

Intellectus ratio formalis est verum, v, 416, n. 18.

Intellectus dicit universalitatem circa omne ens. v, 165, n. 5; 223, n. 60.

Intellectus non intendit producere verbum, nisi ut in illo objectum contempletur. v, 174, n. 42.

Intellectus naturaliter intelligit principia per se nota, non tamen hoc, vel illud in particulari petit. v, 102, n. 30.

Intellectus est radix potestatis ad peccandum. v, 265, n. 52.

Intellectus non habet determinatam inclinationem ad hanc veritatem potius quam ad illam, etiamsi sit veritas per se nota. vi, 441, n. 16.

Intellectus debilitatur per peccatum in proponendo, et dirigendo bono morali. vi, 443, n. 20.

Intellectus ad cognoscendas aliquas veritates speculative non indiget speciali gratia, seu concursu tantum generali. vi, 446, n. 28.

Intellectus non indiget speciali gratia ad quamlibet veritatem naturalem seorsum cognoscendam, bene tamen ad omnes copulative, seu collective, et ad hoc secundum indiget speciali gratia non ex defectu virtutis intrinsecæ, sed propter impedimenta extrinsecæ. vi, 730, n. 23.

Quod intelligitur in veritatibus speculative, non in practiceis. vi, 734, n. 42.

Intellectus ad discursus theologicos non indiget gratia speciali quoad bonitatem consequentiæ, quoad veritates autem illatas, si illæ sint certæ, et demonstratæ, requirit gratiam specialem propter dependentiam ab influxu fidei, non autem si sint veritates opinativæ, quia non influit fides. vi, 734, n. 39.

Intellectus donum non consistit in apprehensione terminorum, hoc enim se habet antecedenter, et dispositive, sed in iudicio discretivo veritatis. vi, 606, n. 9.

Et hoc iudicium quomodo distinguatur a iudiciis donorum sapientiæ, et scientiæ. vi, 609, n. 17; 649, n. 47.

Intellectus dono correspondet fructus, qui est fides, non sumendo fidem pro habitu, sed pro quadam certitudine. vi, 612, n. 26.

Intellectus dono correspondet beatitudo illa quæ est munditia cordis. vi, 607, n. 13; 624, n. 49, vide munditia cordis.

Intellectus donum deservit maxime internæ contemplationi, et quomodo. vi, 609, n. 19.

Intellectus donum reddit cor altum, non ut exaltetur cor (quod fit per scientiam acquisitam) sed ut exaltetur Deus. vi, 610, n. 20.

Intellectus donum quomodo distinguatur in suo iudicio a iudicio, seu assensu fidei. vi, 611, n. 25.

Intellectus donum circa quæ versetur, et quomodo. vi, 609, n. 19.

Et quomodo attingat evidentiam credibilitatis rerum fidei. vi, 613, n. 29.

Intellectus donum non variatur essentialiter, sed idem manet in patria. vi, 615, n. 34.

Estque in via evidens imperfecte, in patria perfecte. vi, 616, n. 37.

Intellectus donum quomodo distinguatur ab actibus aliorum habituum, tam acquiritorum, quam infusorum, et fidei, et prudentia. vi, 620, n. 50.

Intellectus donum quæ, et quot præstet circa divinorum cognitionem. vi, 621, n. 51.

Ubi mirificam doctrinam tradit auctor ex Scripturis divinis depromptam. vi, 621, n. 51.

Intellectus donum penetrat, et rimatur occulta, et sensum litteralem sacræ Scripturæ. vi, 622, n. 54.

Intellectus donum in via regulatur a fide, in patria a lumine gloriæ. vi, 627, n. 67.

Non tamen in via elicit actum fidei, nec in patria actum visionis. vi, 628, n. 69; 631, n. 80.

Intellectus donum quæ, et qualia præstet in patria. vi, 610, n. 76, 77.

Intellectus donum ad utramque pertinet partem, speculativam scilicet, et practicam, sic enim docet D. Thomas in secunda secundæ quæstione vii, articulo iii et vi. Oppositum docens ejus, quod docuerat in prima secundæ ex aliena sententia, scilicet quod non erat istud donum practicum. vi, 692, n. 7, 8, vide sapientiæ donum et scientiæ donum.

Intellectus donum correspondet fidei, sicut, et scientiæ donum. vi, 698, n. 25.

Intellectus donum est præstantius scientiæ dono et consilii, non tamen sapientiæ. vi, 710, n. 30.

Intellectus est perfectior voluntate. vii, 387, n. 15; 426, n. 6.

Intellectus est potentia, cui primo et per se competit ordinare. vii, 745, n. 10.

Intellectus agens respicit præcipue abstrahere species a phantasmatibus. viii, 332, n. 50.

## INTELLIGIBILIS.

Indiget enim specie intelligibili. iv, 717, n. 40.

Intelligibilia omnia quomodo sint unius generis in ratione veri. v, 106, n. 40.



## INTELLIGO.

Ultima perfectio intelligentis non consistit in hoc, quod producat effectus, sed in eo, quod ipse constituatur in actu secundo intelligens. ii, 235, n. 24.

Intelligere se habet ad intellectum in actu, sicut esse ad ens actu. ii, 235, n. 24.

Deum esse intelligentem et scientem absoluta fides est. ii, 419, n. 1.

Præter fidem, veritas ista lumine naturali nota est. ii, 419, n. 1.

Immaterialitas est principium intelligendi. ii, 419, n. 1.

Nomine immaterialitatis intelligitur non solum purificatio a materia, prout præcise dicit negationem, seu negationem illius, sed prout dicit elevationem supra modum materiæ, quantum ad hoc quod est recipere alia a se. ii, 422, n. 10.

Intelligere in actu secundo, in Deo pertinet ad constitutionem naturæ, quatenus est purus et ultimus actus. ii, 434, n. 10.

In Deo idem est intelligere et esse. ii, 435, n. 14.

Secunda Persona in divinis hoc habet speciale, quod ex vi processionis, illi communicatur intelligere, quod est ipsum Verbum, id est, imago ejus, a quo procedit, quod habet Spiritus sanctus. ii, 436, n. 15.

Natura divina non consistit in intelligere activo, ut præcindit ab intelligi passivo, sed ut comprehendit utrumque in sua ratione formali. ii, 437, n. 18.

Verbum procedit ut similitudo in eadem natura, quia intelligere est esse, sumendo intelligere ut etiam includit ipsum intelligi terminative, quia est actus purus in genere intelligibili. ii, 437, n. 18.

Deus est primum intelligibile per modum actus puri, et ideo per locum intrinsicum et formaliter est sua intellectio, quæ est ultima perfectio, et actus ipsius intelligibilis. ii, 446, n. 38.

Quomodo intelligere sit radix attributorum. ii, 447, n. 40.

Aliquando sapientia et scientia, et similia attributa sumuntur pro ipso intelligere in sua latitudine, et sic idem est sapientia quod intelligere et scientia Dei. ii, 447, n. 41.

Intelligere Angeli, non est ejus substantia. iv, 692, n. 1.

Intelligere ex duplici principio limitatur, scilicet ex objecto, a quo habet specificationem, et ex subjecto, a quo habet indi-

viduationem; et si est subsistens, caret utraque. iv, 699, n. 12; 701, n. 15.

Intelligere Angeli, non est suum esse. iv, 703, n. 19.

Intelligere in Angelo, est finitum entitative, habens tamen ordinem ad objecta infinita. iv, 707, n. 24.

Intelligere est quoddam pati. iv, 80, n. 24.

Hoc tamen non impedit quominus sit etiam quoddam agere. iv, 80, n. 24; 104, n. 15.

Intelligere formalissime est actus vitalis et viventis. iv, 103, n. 14.

Intelligere est actio perfecta, et sine motu, et in se est actus quidam secundus. iv, 115, n. 30.

Intelligere essentielle, seu commune toti Trinitati fit notionale, et paternum, per additionem relationis, et ut modificatum. iv, 116, n. 32.

Intelligere comparatur existentia, et quomodo. v, 184, n. 37.

Intelligere Dei est ejus substantia, et esse; intelligere vero creatum est operatio. v, 184, n. 27.

Intelligere Dei nequit communicari animæ Christi. v, 186, n. 40.

Intelligere quo sensu dicatur a philosopho quoddam pati. v, 192, n. 50.

## INTEMPERATUS.

In temperatus in quo differt ab incontinenti. v, 862, n. 81, vide temperatus.

## INTENSIO.

Intensio habituum non fit per introductionem novæ formæ perfectioris, et destructionem antecedentis. vi, 315, n. 3.

Nec fit per additionem novæ entitatis, seu realitatis, seu gradus ad gradum. vi, 316, n. 5.

Sed per majorem radicationem in subjecto. vi, 319, n. 13.

Quæ major radicatio non consistit in nova, et perfectiori existentia, seu inhærentia ejusdem qualitatis, nec in perfectiori unione ipsius qualitatis cum subjecto. vi, 320, n. 14.

Nec in expulsionem contrarii, nec in nova vi informativa. vi, 324, n. 17.

Sed in novo modo unionis, seu applicationis formæ ad subjectum vincente potentiali-

tatem, seu indifferentiam ipsius subjecti. vi, 322, n. 19, vide extensio.

Intensionis modus, qui producitur per intensionis motum, virtualiter est divisibilis, formaliter autem indivisibilis est, seu entitative. vi, 333, n. 13.

Permotum intensionis inter instans et instans non producitur aliquid in facto esse, sed solum tunc est fluxus, et fieri ipsius modi indivisibilis producendi in instanti terminativo motus. vi, 335, n. 18.

Intensio potest dari in qualitate etiam separata a subjecto, quæ consistit in aptitudinali unione ad subjectum, non in actuali, et hoc fiet etiam mediante novo modo superaddito. vi, 337, n. 26.

## INTENTIO.

Intentionis ordo, et executionis in voluntate divina assignantur. iii, 323, n. 12.

An intentionis ordo quatenus finem respicit ante media, sit efficax. iii, 324, n. 13; 324, n. 14.

Ordo executionis an sit aliquid decretum in mente habitum distinctum a decreto quo Deus vult aliquid per modum intentionis. iii, 324, n. 14.

Intentio non est simplex actus volendi, sed volendi finem. iii, 324, n. 7.

Intentionis ordo circa quid versatur. iii, 331, n. 24.

Intentionis ordo, et executionis quomodo in Deo distinguuntur. iii, 333, n. 28.

Intentio prima voluntatis quomodo sit actio humana, vide actiones humanæ.

Intentio prima potest esse libera, sed non deliberata perfecte. v, 25, n. 46.

Ad specificationem intentionis non intrant media inclusa in obliquo in fine. v, 64, n. 33.

Intentionis actus specificatur a fine directe. v, 63, n. 37.

Intentio terminatur ad finem intermedium, et quomodo. v, 84, n. 8.

Intentio finis realiter existens est causa realis electionis mediorum. v, 486, n. 14.

Intentio finis transacta virtualiter in determinatione quadam ipsius potentia manet, et quæ sit ista determinatio, et quomodo maneat. v, 486, n. 14, vide relatio virtualis.

Intentio, et fruitio an differant specie, vide fruitio.

Intentio seu actus interior, qui est sine suo bono, ex prava electione vitiatur si in

illam influit, ut qui furatur verbi gratia ad dandam eleemosynam. vi, 26, n. 3.

Intentio bona diminuit malitiam prævæ electionis, non formaliter et intrinsece, sed motive et extrinsece, non tamen illam aufert omnino. vi, 34, n. 16.

Intentio bona diminuens malitiam prævæ electionis, non diminuit ex parte intendentis et operantis, sed ex parte rei intentæ, secundum quam rationem influit in electionem illam. vi, 35, n. 25.

Intentio bona duplicem bonitatem potest habere, ex parte scilicet intendentis, et ex parte rei intentæ. vi, 38, n. 33.

Intentio actualis est tutior, et securior quam virtutis in ministrandis sacramentis, et tamen potest quis licite uti virtuali tantum. vi, 190, n. 47.

Intentio generalis volendi conficere sacramenta non sufficit ad determinate hic et nunc sacramentum conficiendum. vi, 918, n. 20, 23.

Non potest dari unus motus intentionis, nisi in ordine ad unum terminum formalem. viii, 94, n. 17.

Tanto est efficacior, quanto modo magis determinatio procedit. viii, 100, n. 17.

Intentio efficax finis assequibilis indifferenter per diversa media non determinat ad unum medium indeterminate. viii, 108, n. 53.

Efficax intentio Dei semper respicit rem cum omnimoda determinatione ad statum assequibilitatis. viii, 100, n. 18.

Intentio efficax Dei infert determinationem medii in ordine ad finem consequendum, in quo distinguitur ab intentione humana. viii, 108, n. 53.

## INTERMEDIUS.

Intermedia, vide finis.

## INTERPRETATIVUS.

Interpretativa relatio in finem, vide relatio finis.

## INTERRUPTIO.

Interruptio præcise physica actuum moralium non facit distinctum peccatum numero, sed tantum partialiter distinctum. v, 97, n. 52.



## INTUITIVUS.

Intuitiva cognitio et abstractiva stare possunt respectu diversorum, licet illud negat Vasquez. Ex exemplo enim, quod affert, convincitur. iv, 856, n. 14.

Intuitiva cognitio presentiam objecti requirit. v, 339, n. 20.

## INVIDIA.

Quid sit invidia. iv, 936, n. 14.

Invidia impulit diabolus ad bellum cum homine. iv, 938, n. 16.

Invidia est species tristitiæ, licet accidentalis, et materialis. vi, 27, n. 15.

## INVOLUNTARIUS.

Involutarium quid sit. v, 408, n. 8.

## IRA.

Ira quid. iii, 519, n. 14.

Quomodo Deo tribui possit. iii, 519, n. 14. Includit tristitiam, et dolorem. iii, 520, n. 15.

Ira non convenit Angelo, prout dicit passionem corporalem, sed bene prout est simplex voluntatis affectus appetentis vindictam sine passione corporali. iv, 938, n. 16.

Ira quomodo differat ab odio. v, 463, n. 10, vide odium abominationis et odium inimicitiae.

Ira non opponitur contrarie aliqua passio, sed solum per cessationem ab actu. vi, 497, n. 3.

Ira ad irascibilem pertinet, oriturque ex spe et desiderio, ex tristitia etiam, et ex audacia. vi, 230, n. 4.

Et sic ad concupiscibilem solet pertinere casualiter. vi, 231, n. 2.

Ira objectum est vindicta, et secundum hanc respicit rationem boni, ex parte autem objecti, cui vult illam, respicit malum. vi, 230, n. 4.

Ira magis naturalis est homini, quam concupiscentia, si consideretur homo in quan-

tum rationalis: si autem consideretur secundum rationem genericam, naturalior est homini concupiscentia, individualiter autem loquendo cholericis naturalior est ira. vi, 231, n. 2.

Ira non est gravior odio, sed e contra, quia ira semper respicit aliquam rationem iusti, et æqualitatis. vi, 231, n. 3.

Et sic facta satisfactione cessat, et non ita excludit misericordiam, sicut odium excludit, licet ira ex parte modi magis excludat illam, quia impetuosior est. vi, 231, n. 3.

Ira proprie est secundum quemdam modum rationis, et collationis, et sic proprie tantum invenitur in hominibus, et circa illos exercetur, improprie tamen datur ira in brutis, et in hominibus circa res ratione carentes. vi, 232, n. 4.

Ad iram tria concurrunt, concitatio motus irascentis, et tunc ira vocatur fellea, quia fel concitatur ex cholera: tristitia ex injuria illata, et tunc ira est mania, quia diu manet in memoria: vindicta desiderata, et quando hæc prævalet dicitur ira furor. vi, 232, n. 5.

Ira causæ sunt parvipensio, excellentia injuriati, et parvitas injuriantis. vi, 232, n. 6, vide parvipensio.

Effectus iræ sunt delectatio in appetitu, accensio sanguinis circa cor, evaporatio fellis, conturbatio oculorum, faciei, et linguæ, et taciturnitas, et in mente perturbatio iudicii. vi, 232, n. 6.

Ira non est insidiatrix, sed manifesta, quia quærit per vindictam ostendere excellentiam. Concupiscentia autem est latens, et insidiosa, quia plus induit turpitudinis, quam excellentiæ, et arduitatis. vi, 234, n. 11.

## IRASCIBILIS.

Irascibilis, vide appetitus irascibilis.

## IRREGULARIS.

Irregularis manet adultus qui differt baptismum usque ad mortis periculum, et tunc necessitate compulsus recipit illum. vii, 601, n. 6.

Irregularis est ille qui differt baptismum et non poterit ad sacros ordines promoveri. vii, 601, n. 7.

Irregularis fit ille qui baptizatur in loco ubi

peregrinatur et est incognitus. vii, 601, n. 7.

Irregulares sunt adulti ab hæreticis baptizati. vii, 626, n. 26.

Quid de aliorum sacramentorum indebito usu. vii, 626, n. 27.

Irregularis manet qui infert alicui vulnus lethale, etiamsi statim percussus intereat fulmine vel aliquo alio casu fortuito. vii, 549, n. 2.

Irregularis manet advocatus patrocinium ferens in causa injusta, sive in favorem Dei, sive accusatoris, si sequitur mors aut mutilatio alicujus, secus vero est dicendum quando causa est justa. vii, 565, n. 5.

## IRREGULARITAS.

Irregularitas homicidii injusti quæ communiter est imposita omnibus, tam ecclesiasticis, quam sæcularibus nullam habet rationem censuræ. vii, 504, n. 5.

Bene tamen ea, quæ clericis est imposita. vii, 505, n. 7.

Et differentia inter præfatas irregularitates. vii, 505, n. 8.

Clerici mutilantes, aut occidentes incurrunt irregularitatem, quæ est censura, et canonicum impedimentum. vii, 506, n. 9.

Non vero incurrunt irregularitatem si non fit occisio, aut mutilatio, etiamsi sit percussio gravis, quod intelligendum est de irregularitate quæ est canonicum impedimentum. vii, 506, n. 9.

Distinctio et definitio duplicis irregularitatis. vii, 506, n. 3.

Irregularitas non est introducta jure divino in lege evangelica, sed jure ecclesiastico. vii, 333, n. 20.

Irregularitas illa solum est admittenda, quæ continetur in jure quod est simpliciter jus. vii, 333, n. 20.

Irregularitas quomodo a summo pontifice possit imponi. vii, 525, n. 5.

Nonnullæ irregularitates et impedimenta in ordine ad ministeria sacerdotum fuerunt imposita in lege veteri ex jure divino positivo. vii, 527, n. 9.

Irregularitas bigamiæ incurritur ab habente duas uxores ante baptismum sive post, vel ante unam, et postea alteram. vii, 527, n. 11.

Irregularitas vero homicidii non incurritur ab occisore ante baptismum, et quare. vii, 528, n. 15.

Irregularitas quando dicatur expressa injuria, vel non. vii, 530, n. 23.

Irregularitas quæ est censura non potest imponi ab Ecclesia propter actum mere internum. vii, 544, n. 2.

Neque illa quæ est canonicum impedimentum. vii, 546, n. 8.

Irregularitas non incurritur a persona sive ecclesiastica, sive sæculari habente temporale dominium ipsum delegando aliis, etiamsi isti ex vi potestatis sibi commissæ malefactores occidant. vii, 559, n. 8.

Et idem dicitur de delegato prædictam jurisdictionem et potestatem aliis subdelegatis committente. vii, 560, n. 12.

Irregularitas non incurritur a conditore legis qua decernitur aliquod flagitium plecendum pena mortis. vii, 561, n. 16.

Irregularitas quando et quomodo incurratur ab accusatore in causa sanguinis. vii, 549, n. 4; 574, n. 29.

Quomodo mors vel mutilatio facta ratione denuntiationis, inducat vel non irregularitatem. vii, 570, n. 15.

Ministri agentes coram tribunali de causa propter quam delinquens tradendus est brachio sæculari pena mortis puniendum, non incurrunt irregularitatem. vii, 573, n. 24.

Imo nec si ipse iudex ecclesiasticus inferat penam mortis. vii, 573, n. 24.

Quid de ejus intentione. vii, 574, n. 28.

Irregularitas quomodo incurratur vel non a teste in causa sanguinis. vii, 575, n. 2.

Quid de cæteris ministris justitiæ. vii, 577, n. 2.

Et quid de medicis et chirurgis, et aliis ferentibus exercitia pietatis. vii, 578, n. 4.

Irregularitas inducitur ex actione, quæ proxime, et per se influit in mortem, sive mutilationem: non tamen si concurrat remote et per accidens. vii, 578, n. 6.

Irregularitas an incurratur a clerico consulto a iudice de crimine malefactoris digno morte. vii, 578, n. 6.

Et quid de confessario respectu penitentis, verbi gratia iudicis non volentis interficere malefactorem secundum jus dignum mortis. vii, 578, n. 6.

Irregularitas non incurritur a laicis militantibus ex præcepto in bello justo propter bonum commune reipublicæ vel principis, sive propter defendendam vitam innocentium. vii, 579, n. 2.

Irregularitas quæ est censura non incurritur a clericis in bello justo, quando instat præceptum naturale bellandi, mutilantibus sive occidentibus. vii, 580, n. 2.

Nec incurritur irregularitas, quæ est canonicum impedimentum. vii, 580, n. 2.

Quomodo clerico liceat absque incursu irre-



gularitatis exhortare milites ad pugnam. vii, 581, n. 6.

Irregularitas non incurritur a clericis, qui intersunt bello justo contra prohibitionem Ecclesiæ, si solum sacramenta ministrent. vii, 582, n. 40.

Secus si bellum sit injustum, et ibi existant sine licentia superioris, si tamen sequatur mors vel mutilatio. vii, 582, n. 41.

Irregularitas non inducitur ex homicidio secuto ex omissione culpabili solum contra præceptum charitatis. vii, 584, n. 3.

